

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Rationale divinatorum officiorum**

**Durantis, Guilelmus**

**[Ulm], 18. März 1475**

Liber quartus de missa et singulis que in missa aguntur

[urn:nbn:de:bsz:31-323810](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-323810)



veste quia interius candere debet per ino-  
 ciam et caritatem. et exterius rubere per passi-  
 onem. ut videlicet ostendat se semper paratum  
 ponere animam pro omnibus suis quia personam  
 gerit illius qui pro omnibus universis rubi-  
 fecit indumentum suum. **E**x occasione vero  
 constantini imperatoris ferre potest clamidem  
 purpuream atque tunicam coccineam. et om-  
 nia imperialia indumenta sceptrum. signa et  
 ornamenta. **C**ruce quoque ierit eum procedit  
 ad significandum magis ei quam cuiquam al-  
 teri convenire. iuxta illud apostoli. **N**ihil autem  
 absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu  
 christi ut se crucifixum imitari debere cognoscat  
 Rursus coccus distinctus in veste pontifica-  
 li est caritas. que quasi bis tingitur. dilecti-  
 one dei et proximi colorat. **P**er bismum vero cad-  
 oris eximium significatur preclaritas fame que  
 debet esse retorta. ut pontifex bonorum habeat  
 testimonium secundum apostolum et ab his que foris  
 sunt. **P**er iacinthum qui est coloris aurei sig-  
 nificatur serenitas conscientie quam intrase  
 pontifex debet habere secundum quod dicit  
 apostolus. **G**loria nostra hec est testimonium  
 conscientie nostre.

**L**iber quartus de missa  
 et singulis que in missa aguntur.



**I**ter cuncta  
 ecclesie sacramenta illud  
 constat esse precipuum  
 quod in missa officio  
 supra mensam sa-  
 cratissimi celebra-  
 tur altaris. illud  
 ecclesie represen-  
 tans convivium  
 in quo filio reuer-

tenti pater occidit vitulum saginatum panem  
 vite et vinum quod miscuit sapientia apposuit hoc autem  
 officium ipse christus instituit cum novum edidit tes-  
 tamentum. disponens heredibus suis regnum  
 sicut pater suus sibi disposuit. ut supra mensam  
 eius edant et bibant in regno quod ecclesia  
 consecravit. **C**enantibus enim illis accepit ihe-  
 sus panem et gratias agens benedixit ac fre-  
 git deditque discipulis suis dicens. **A**ccipite et  
 comedite. hoc est corpus meum quod pro vobis  
 tradetur. hoc facite in meam commemorationem  
**H**ac igitur institutione formati ceperunt.

apostoli sacrosanctum frequentate mysterium  
 propter causam quam cristus expresserat et  
 formas servantes in verbis. et materiam te-  
 nentes in rebus sicut apostolus corinthensis protest-  
 atur dicens. **E**go accepi a domino. quod et tra-  
 didi vobis. quoniam et dominus ihesus in qua noc-  
 te tradebatur accepit panem. **Q**uia igitur  
 mille officium ceteris divinis officiis dignius  
 et solennius est ideo de illo priusquam de aliis offi-  
 ciis est in hac quarta parte dicendum. **I**n qua  
 aliquibus additis et detractis speculum in-  
 nocentius ipse in. prosequamur. **H**anc ut pre-  
 missum est missam instituit dominus ihesus sacer-  
 dos secundum ordinem melchisedech. quoniam panem et  
 vinum in corpus et sanguinem suum trans-  
 mutavit dicens. **H**oc est corpus meum. **H**oc  
 est sanguis meus. subiugens. **H**oc facite in  
 meam commemorationem. **A**postoli autem hanc missam  
 adauferunt dicentes in missa non solum verba  
 premissa. verum et dominicam orationem super adden-  
 tes. **V**nde beatus petrus sic missam primus  
 dicit celebrasse in partibus orientibus. ubi  
 post domini passionem triginta annis cathedram tenuit  
 sacerdotalem. **D**einde vero accepit cathedram  
 antiochie. ubi tres orationes ad missam ad-  
 iecit. **I**n primordio ergo nascentis ecclesie missa  
 aliter dicebatur quam modo. sicut in viginti pre sub-  
 ti de parascève dicit. **S**equenti vero tempe-  
 re epla tunc et euangelio recitatis. missa celebra-  
 batur. **S**ubsequentem celestinus ipse instituit in-  
 troitum ad missam cantari. prout sub introitu  
 dicit. **C**etera diversis temporibus ab apostolis et  
 a gelasio. celestino gregorio. et alijs diversis pa-  
 tribus leguntur adiecta. prout christiane religio-  
 nis cultu crescente visa sunt decentius conue-  
 nire. de hoc dicit in prohemio secunde partis **I**n  
 canone legitur. quod iacobus frater domini episcopus iero-  
 solomitanus et basilinus episcopus cesariensis.  
 addiderunt nobis in scriptis ordinem celebra-  
 di missam. **I**tem iste iacobus alphei dicitur pri-  
 mus inter apostolos missam celebrasse. **M**axime  
 excellentiam sanctitatis eius apostoli hunc sibi  
 fecerunt honorem. ut post domini ascensionem primus  
 inter eos missam hierosolimis celebraret etiam  
 priusquam esset in episcopum ordinatus. vel forte ideo  
 dicitur primus celebrasse quod primus in pontifi-  
 calibus eam dixisse perhibetur. **S**icut petrus  
 postmodum primus missam in antiochia ce-  
 lebrauit. et marcus in alexandria. **Q**uidem



1407  
sunt phidii heretici reprehendunt nos. quod euangelia  
per particulas lacerata in missa legimus. et quod  
primitiue missae. vix ultra dominicam orationem  
aliquid supradidimus scriptum nancq; est. **S**i  
quis apposuerit ad hoc. apponet super illum de  
plagas scriptas in libro isto et quia supra no  
uum testamentum et precepta apostolorum  
alias institutiones. et nouas doctrinas doc  
torum instituumus et seruamus contra illud  
quod cristus ait. **V**eneritum fecistis man  
datum dei et uestram traditionem serueris  
et alibi. **O**mnis plantatio quam non plan  
tauit pater meus celestis eradicabit. **E**t ap  
lulus doctrinis uariis et peregrinis nolite abduci  
**I**tem fundamentum aliud nemo potest ponere  
preter id quod positum est. quod est cristus.  
**D**icunt etiam quod ecclesia cristi. nec missam nec  
matutinas cantauit. nec cristus nec apostoli  
eam instituerunt. nec in tempore apostolorum  
cantata fuit. nec nomen missae tunc in mundo  
audiebatur. nec scriptum inueniebatur. sed  
id quod missa representat ab euang. listis et  
na uocatur nec ecclesia in principio nec ap  
lulum musicale organo. nec alta n. dulci uoce  
eam cantabant. reprehendentes nos. quia  
hec agimus et quia nocturnos et alias cano  
nicas horas dicimus falso contra nos indu  
centes illud amos prophete. conuertat festiuita  
tes uestras in luctum et omnia cantica ue  
stra in planctum. et illud propheticum. **A**udiunt  
sermone tuos et non faciunt eos. quia in ca  
nticum otis sui uertunt eos. et auaritiam se  
quitur cor eorum et est illis quasi carne musicum  
quod suauiter dulciter sono canitur. **I**llorum in  
terro. apertissime consistatur ex his que in  
prohemio quinte partis dicuntur. **C**ursus in  
primitiua ecclesia diuina misteria hebreice ce  
lebrantur sed tempore adriani primi impa  
toris grece in orientali ecclesia christianorum  
primo celebrati ceperunt. **P**orro missae officium  
tam prouida reperitur ordinatione dispositum  
ut que per cristum et in cristum ex quo de celo  
descendit usque in celum ascendit gesta sunt  
magna ex parte contineat. et eam tam uerbis  
quod signis admirabili quadam specie representat  
**U**psum autem officium in quatuor consistit  
videlicet in personis in operibus. in uerbis  
et rebus. **P**ersonarum tres sunt ordines. scilicet  
celebrantes. ministrantes et circumstantes.

**O**perum quod tres sunt species videlicet gestus  
actus et motus. **V**erborum etiam tres sunt diuinitates  
scilicet orationes modulationes et lectiones  
**R**erum similiter tres sunt maneries. scilicet  
ornamenta. instrumenta et elementa. **S**i quidem  
hec omnia plena sunt diuinis misterijs sicut  
in prohemio libri dictum fuit. **H**anc olim  
templum erat in duas partes interposito uelo  
diuisum. pars prior uocabatur sancta interior  
uero sancta sanctorum. **Q**uicquid ergo in officio  
missae ante secretam agitur. quasi in eadem por  
est. quod autem in secreta agitur intra sancta  
sanctorum est. **E**rat igitur intra sancta sanctorum  
ara incensum arca testamenti. tabula super arcam  
prout in parte prima sub titulo de ecclesia. et  
de altari dictum est. **E**t in **E**xodo habetur. et  
supra tabulam duo cherubin glorie. mutuo  
uultu sese respicientia. **H**uc intrabat solus  
pontifex semel in anno habens duo nomina  
patrum in rationali et super humeris scripta  
ferens sanguinem et carbones quos omnes  
cum thymiamate in thuribulo oras ponebat  
donec fumus eum obumbraret. deinde tabulam  
et arcam sanguine aspergebat post exibat ad  
populum et uestes lauabat. non enim iudicabatur  
mundus ante uesperam post immolationem  
uituli rufi. hec olim signa fuerunt sed recesserunt  
postquam significata uenerunt. **D**iquidem  
prior edes significat presentem ecclesiam. sancta  
sanctorum celum. pontifex christum sanguis passionem  
carbones caritatem cristi thuribulum carnes  
ipsius. thymus crematum preces odoriferas. ora  
cohortes celi. arca christi humanitates. tabula  
deum patrem. duo cherubin duo testamenta  
que sese adiuuantes respiciunt quia concordant  
uestis que lauatur homines. uespera hominis  
uestem significat. **C**onferas ergo que olim  
habebant et qui cristus egit et respice quomodo  
minister ecclesie illa in officio missae representat  
et agit. quod etiam hec significet sub canone  
missae in principio cuiuslibet particule illius  
tangeretur per arcam cristi humilitas intelli  
gitur. a qua nobis per ipsius misericordiam  
omne bonum aduenit. **E**t nota quod sicut in  
**E**xo c. xxv. et xxxv. legitur. **F**actum est super  
arcam propiciatorium aureum. tabula aurea  
eiusdem longitudinis et latitudinis. cuius et  
arca. ut eam tegere sufficeret. et hoc dicebat  
oraculum quia dominus de loco illo responsa



datat orantibus Dicebat etiam ppiciatoriu  
cu: exemplum loquens dominus ppiciabat  
populo. vel quia die ppiciationis dicebant  
gloriam domini semp ibi descendere et inde  
tabernaculum. siue locus super posteriori  
parte altaris collocatus in quo xp̄us ppicia  
tio nostra. i. hostia consecrata seruat hodie pp  
ciatoriu nūcupatur. ex vtrage vero pte ora  
culi scilicet in duobus angulis anterioribus  
positi sunt duo cherubin aurei. qui sūt sc̄m  
iosephum. duo animalia volatilia habentia  
figuram. que a nullo hominum est inspecta  
hec dicit moyses. se in dei sede conspexisse fi  
gurata. Vnde cherub alterum inspiciebat  
veris tamen vultibus in ppiciatoriu dua  
busq: alis ex opposito expansis et mutuo se  
tangētibz velabant oraculum siue regebāt  
ppiciatoriu Siqdem p ppiciatoriu incar  
natus dominus figuratur. de quo iohānes.  
Ipse est ppiciatio pro peccatis nostris duo sūt  
cherubin. duo sunt testamenta scilicet vetus  
et nouum. dum ergo illa non discrepant. sed  
miserium incarnationis xp̄i concorditer nar  
ranti. illud pphetando istud asseuerando. in  
ppiciatoriu. vultum sue intentionis diri  
gunt et se mutuo respiciunt. **C**ursus tria  
sunt ecclie sacrificia. q̄ in veteri testamento  
per ppiciatoriu thuribulum et altare sig  
nificata. viz sacrificium. penitentie. iusticie.  
et eucaristie. **D**e primo sacrificium deo sp̄s  
contribulatus. **D**e secundo. tunc acceptabis  
sacrificium iusticie. **D**e tercio. Tibi sacrificia  
bo hostiam laudis. sup altare scilicet corpis  
caro mactatur per contritionē inter thuribu  
lum scilicet cordis thus adoleatur per deuocōz  
ad ppiciatoriu scilicet di patris sanguis in  
fertur p redemptione. **H**ec quidem tria sa  
crificia sacerdos offert in missa primū in con  
fessione. secundū in pfatione. terciū i actiōe  
Nā hec tria sunt que secūdm pphetā deus  
respicit in homine et requiritur ab homine dili  
gere misericordiam. facere iudicium. et solici  
te adulari cū dō. **D**iligat ergo misericordiā  
qui vult offerre sacrificiū pnie. faciet iudiciū  
qui vult offerre sacrificiū iusticie. cum dō  
sollicitus ambulet qui vult offerre sacrificiū

eucaristie hinc est quod ait b̄tus bernardus  
**F**ratres mei immolantes hostiam laudis iū  
gamus v̄bis sensum. sensui affectū affectui  
exultacione. exultationi maturitatem. matu  
ritati hūilitatem. hūilitati libertatem. **C**e  
lebratur ergo missam offerat altissimo sacri  
ficiū et illō de quo psalmus ait. Sacrificiū  
deo sp̄itū tribulat. et aibi immola deo sa  
crificiū laudis etc. **E**t ap̄lus. exhibete mihi  
corpora vestra hostiam viuētem sanctam  
deo placentem vt sit racionabile obsequium  
v̄rm. mortificantes in altare cordis membra  
vestra que sunt sup terram. videlicet immū  
diciam libidine. concupiscentia. malam et aua  
ritiam. q̄tenus mundo corde et casto corpore  
sacrificetis dom̄o vosmetipsos **I**n sacramento  
autem corporis xp̄i secundum augustinum.  
nil a bono magis nil a malo minus perficit  
sacerdos dum ille cū ceteris in arca consistat  
et formam obseruet editam a columba quia  
non immerito sacerdotis sed in verbo cōficiē  
creatoris **A**urū enim equē verum est in arca  
furis sicut in thesauro regis. **V**nde capphas  
p̄tifer p̄secutor vniū et. verissimi sacerdotis  
q̄uis ipse verax non esset. quod dedit. tamē  
verum fuit. si nō suū dedit sed di. in forma  
ecclie. **N**on ergo sacerdotis iniquitas impe  
dit effectum sacramenti sicut nec medici inhi  
mitas virtutē impedit medicine. **Q**uamuis  
igit opus operans aliquando sit immunduz  
opus tñ operatum semp est mōm. sicut oīa  
sunt munda mundis. sic om̄ia sunt immōda  
immundis. malū ergo cum vitā accipit mor  
tem incurrit. sic econtra. bonus cum morte  
sustinet vitā. acquirat **N**am qui manducat  
indigne. iudicium sibi māducat. quod vero  
de talibus p̄pha ait. **M**aledicam b̄ndictioni  
bus v̄ris. et greḡ. **B**enedictio eoz vertit̄ in  
maledictionem. et oratio in peccatum de pre  
cisus ab ecclia. non tolleratis. seu notorijs  
intelligitur quorum benedictio debz q̄ntum  
ad ipos maledictio reputari. quoniam secun  
dum augustinum. **M**ali in quantum in eis  
est. dicuntur sacramenta polluere. cum tam  
illa permaneant impolluta sunt enim bonis  
ad premium. reprobis ad iudicium. **V**nde



760  
augustinus? Spirituales virtus sacramenti ut  
lux pura ab illuminandis excipitur ad salu-  
tem. sed per immundos ministros quasi p  
canale transiens non coinquinat. Arnaldus  
tamen perfidi heretici dicunt. nusquam legi. q  
immundis et luxuriosis ministris xps sponsa  
suam ecclesiam traderet custodiendam. vel  
potestatem sacrorum ministeriorum per age  
vel claves regni. vel potestatem ligandi. et  
soluendi. q illi soli ut ait gregorius. et iusti  
in hac carne positi potestatem habent liga  
di atq; soluendi. sicut apostoli qui vitam vel  
fidem illorum. cum eorum doctrina tenent.  
Vnde ut dicunt a talibus sacramenta pre-  
stita. nec valent. nec proficiunt ad salutem.  
Legitur enim in libro numeri. Quicquid te-  
ngit immundus immundum faciet. Et xps  
non potest arbor mala fructus bonos face-  
re. Et dauid. peccatori autem dixit deus quare  
tu enarras iusticias meas. et tu. a. t. m. per  
os tuum. Et apostolus. omnia munda mun-  
dis. coinquinatis autem et infidelibus nihil  
est mundum. Et gregorius in pastoralis li-  
brario primo capitulo decimo. Dum is qui displi-  
cet ad intercedendum mittitur irati animus  
ad deteriora prouocatur. Item ibidem. iij.  
capitulo duodecimo. Necessesse est ut munda  
debeat esse manus que diluere sordes curat.  
ne tanta que ipsa sordida deterius coin-  
quinet. Celebratur autem missa hora tertia  
sexta et nona. In tertia quia secundum mar-  
cum hora illa christus crucem ascendit et ling-  
uis iudeorum crucifixus est clamantium cru-  
cifige. et quia illa hora spiritus sanctus sup  
apostolos in igneis linguis descendit. In sex-  
ta. quia illa hora secundum Matheum vere  
crucifixus. et immolatus est. et in nona quia  
hora illa in cruce pendens emisit spiritum.  
Thelesphorus papa. statuit ut missa ante  
horam tertiā non dicatur quod de publicis  
et popularibus missis intelligendum est. quia  
sicut augustinus ait. Non debet in publico  
fieri. ne populus a publicis que hora tertia  
dicuntur recedat. Cantatur autem die

his dominicis et festiuis hora tertia. In  
pfeftis hora sexta in quadragesima hora  
nona. et etiam ex institucōe pelagii pape. et  
aliorum in diebus iuniorum non tamē om-  
nium. In sabbatis vero ieiuniorum qua-  
tuor tempore orū sero potest celebrari propter  
ordines sacros qui ad dominicam frequen-  
tem pertinere noscuntur. Sed quia missa  
in ieiunio dici debet. et ideo ne minus ieiu-  
nent. post vespereas inchoatur. et sic vsq;  
ad noctem ieiunium protelatur. de quo in  
sexta parte sub sabbato paschali dicitur.  
Quod vero missa quādoq; summo mane  
cantatur ex consuetudine non ex ordine est.  
Leo tamen papa. diluculo siue prima  
diei parte ad missam intrabat nescio an ne-  
cessitate. an ratione. an sola vsus aposto-  
lici potestate. Vel de peculiari missa intelli-  
gendum est. Qui autem necessitate prae-  
ueniunt tertiā. aut offerunt post sextam. aut  
nonam amore diuino. Ne videlicet eis dies  
absq; sacrificio pretereat. Excusari possunt  
cum discipulis. qui euellēbant spicas in sab-  
bato. Et cum dauid qui comedebat panes.  
propositionis. Vel quia in missa fit memo-  
ria passionis mortis. sepulcrae. resurreccōis  
et ascensionis. Ideo cantatur varijs horis.  
In tertia. in memoriam passionis et as-  
censionis. Post sextam. in memoriam mor-  
tis. Post nonam. in memoriam sepulture.  
In mane. in memoria forte resurreccōis.  
asserunt etiam quidam dominum  
in medicullio horarum crucifixum. et ideo  
nunc hanc. nunc illam horam positam. Vn-  
de ecclesiam inter vnam horam. et alteram  
celebrat missam. In die autem natalis  
domini prima missa de nocte cantatur. pro-  
ut sub ipso festo dicitur. Ceterū si in qua-  
dragesima occurrūt duo officia q̄s dies du-  
plices vocamus. missa de festo dicitur. in  
tertia et absq; genuflectione. officium vero  
de ieiunio dicitur in nona et cum genuflec-  
tione. Tempore etiā aduentus debet missa  
in scōz festiuitatibus hora tertia celebrari  
festis hora sexta. In quadragesima hora



**V**erum nullus debet eadem die plures  
missas regulariter celebrare. q̄ a xp̄o s̄ olus  
passus fuit. & valde felix est qui etiaz digne  
potest celebrare. nec potest quis duas missas  
cum vno vel vnam cum duobus sacrificijs  
celebrare. Sub vno tñ canone possunt plēs  
hostie ofici. Nam a presbiter debet semper  
hostiam p̄ infirmis habere paratam. Potest  
q̄ sacerdos vnam missam cum sacrificio. &  
aliā siccam celebrare. Missa sicca dicit̄. qm̄  
si sacerdos non p̄ officere. q̄ forte iam cele-  
brauit. vel ob aliam causam potest accepta  
stola eplam & euangelium legere. & dicere  
orationes dñicam. & dare bñdictiones quin-  
p̄mo si ex deuocōe non ex supersticōe velit  
totum officij missae sine sacrificio dicere acci-  
piat omēs vestes sacerdotales & missas suo  
ordine celebret vsq; ad finem offerende dimit-  
tens secretam. que ad sacrificium pertinet.  
prē acōem vero dicere potest licet in ea vide-  
antur angeli inuocari ad ofsecrationem corporis  
& sanguinis xp̄i. d̄ canone vero nihil dicat  
h̄ orationem dñicam non pretermittat. & q̄  
ibi secuntur sub silentio dicenda non dicat  
calicem vel hostiam non habeat. nec de his  
que super calicem seu eucaristiaz dicunt̄ vel  
sunt aliquid dicat vel fatiat. p̄ etiaz dicere  
pax dñi sit semper. & exinde missae officij  
suo ordine pagat melius est tñ talia omittē.  
**V**el quidam incipiūt missam de die cele-  
brantes illam suo ordine vsq; ad offerendam  
postea incipiunt aliam missam. & eaz cantāt  
vsq; ad eundem locum. & idem faciunt plu-  
ries si volūt. & incepta missa viuoz incipiūt  
qñq; missam mortuoz eam p̄sequentes vsq;  
ad eundem locum. & exinde p̄cedētes dicūt  
tot secretellas q̄t missas inceperūt semel tñ  
canonem dicentes & ofsecrātes. & in fine tot  
orationes dicunt̄ q̄t officia missae inceperūt  
h̄ hoc tanq̄ detestabile reputamus. Potest tñ  
sacerdos qñq; plures missas vna die celebra-  
re. Primo in festo natalis dñi. sic & in septia  
pte sub illo festo dicit̄. Sc̄do vbi necessitas  
exigit puta si quis moriat̄. Concilium tamen  
carthagenense dicit q̄ si episcopus v̄l alius  
post tertiam obierit. omemoratio solis ora-  
tiōibus faciēda est sine missa. Tertio causa  
honestatis vt si aliqua magna persona sup-  
ueniens velit missam audire. Quarto sc̄m  
quosdam causa vtilitatis puta p̄pter pegr̄-

nos. p̄pter hospites. p̄pter omeantes. p̄pter  
infirmos. p̄pter sponsores. & p̄pter raritatem  
clericoz. & paupertatem ecclesiaz. sacerdotes  
p̄rios non habentium. Quinto vt dixit si-  
cardus ep̄us cremonensis in mitrali. cū due  
festiuitates occurrunt. possunt etiam tres ce-  
lebrari. tum q̄ hoc sit licite in natali. tum q̄  
xp̄i passio tripartita est. Passus est em̄ linguis  
insultantium manib; verberantiū & clauis  
crucifigentium. Ipse etiam est a patriarchis  
gestibus immolatus. a p̄phetis verbis faci-  
ficatus. a patre & a seip̄o realiter oblatus.  
**S**exto pari ratione si in die ieiunij occurrat  
aliquod solenne festum potest vnaz de festo  
& aliam de ieiunio celebrare. si alit̄ p̄sbyter  
non assit. Legit̄ etiam q̄ leo papa sepe sep-  
ties. & aliquādo nonies in eadem die missas  
celebrauit. Sacerdos tñ aliam missam in ead̄  
die celebraturus in vltima missa tñ p̄fusioz  
sumat. quonia; si in p̄ma sumeret ieiunus  
non esset & sic alia missa impediret. a l̄s aut̄  
quotiens celebrat. totiens corpus xp̄i & etiā  
p̄fusionem sumat. **S**ed nunquid p̄ransus  
oficiat. **R**espondeo sic licet hoc facere non de-  
beat. non em̄ ieiunium est de substantia put  
in canone innuit auḡ. alias dominus non  
ofecisset. magister tamen hugutio dicit̄ or̄ta  
**P**ane p̄iscis tempibus heresibus pullu-  
lantibus & trinitatem impugnantibus ex  
institucōe alicui magistri karoli rogatu  
bonifacij archiep̄i maḡtini statuētis. p̄ma  
feria missa de trinitate celebratur. Secunda  
feria de sapientia. Tertia feria de sp̄s̄ancto.  
Quarta feria de caritate. Quinta de anglis.  
Sexta de cruce. Septima de beata virgine.  
Causa vero illa cessante illud cessauit. & do-  
minicali officio ordiato statutū fuit vt p̄ma  
feria suum haberet officium sc̄z de trinitate.  
Secunda de anglis quia tunc primo creati  
sunt in bonis gratuitis. tūc enim lux diuisa  
fuit a tenebris. i. boni angeli a malis. quia  
tunc ceciderunt mali. boni vero confirmati  
sunt. In prima vero feria creati fuerūt angeli  
in bonis naturalibus. Cantatur etiam in se-  
cunda feria p̄ defunctis vt illis adhibeam;̄  
suffragia angeloz. & quia vt dicunt q̄dam  
In prima feria refrigerium habent illi qui  
sunt in purgatorio. & statim in secūda feria  
redeunt ad penas & laborem quare vt eoz  
subueniatur laboribus missa p̄ illis in sc̄da



72-71  
feria celebratur. **In** tertia feria p peccatis.  
**In** quarta feria pro pace **In** quinta pro tri-  
bulatione vel in tertia feria debet repeti in-  
troitus misse de dnica **In**stitutum etiam fuit  
vt in quarta feria ieiunaretur. et illa simili-  
die debet missa de dnica dici. nisi festiuitas  
impediat **In** quinta feria debet simili-  
ter officium dominice introitus. epla et euange-  
lium quia dies iouis dicitur cognata dnice  
diei put dicitur sub tielo de accessu pon. ad  
al. **In** sexta feria de cruce. illa enim dies app-  
riatur cristo et cruce quia ipse in ea mori et  
crucifigi voluit pro salute generis humani  
**In** septima feria de beata virgine qd iniriū  
habuit. quoniam olim in quadam ecclesia  
ciuitatis constantinopolis erat ymago beate  
virginis coram qd dependebat velum quod  
totam velabat ymaginem sed hoc voluit in  
sexta feria post vespas recedebat ab ymagine  
nullo mouente solo dei miraclo. quasi defer-  
retur in celum vt ad plenum posset ymago  
a populo pspici. celebratis vero in vespis  
in sabbato descendebat ipm velum an ean-  
dem yconiam siue ymaginem et ibi manebat  
vsq ad sextam feriam. **Hoc** viso miraculo  
sanctum est. vt semp illa feria d beata vir-  
gine cantaretur **Alia** etiam ratio est q dnō  
crucifixo et mortuo et discipulis fugientibus  
et d resurrectione desperantibus in ea sola tota  
fides in sabbato illo remansit sciebat enim  
quomodo portauerat eum sine labore et pe-  
perat sine dolore. et ideo certa erat q filius  
dei esset. et a mortuis tertia die resurgere de-  
bebat **Et** hec est ratio quare dies sabbati ma-  
gis qm alia dies beate marie appropriatur.  
**Tertia** ratio est quia dies sabbati est ianua  
et introitus ad dnica diem. **Vnde** cum  
sumus in sabbato. sumus iuxta dominicam  
diem. dies aut dominica est dies requiei et  
significat vitam eternam **Vnde** cum sumus  
in gratia domine nostre sumus qm in ianua  
paradisi. quia igitur ipsa est nobis porta ad  
regnum celoz quod p diem dnica figurat  
ideo de illa solennizamus in septima feria q  
diem dnica precedit **Quarto** vt solenitas  
maris solennitati filij otinuerit. **Quinto**  
vt festiuius agat in die in q deus ab omni  
opere requieuit **Notandum** etiam est. q.  
in misse officio vbi cristi passio representatur  
tribus linguaz generibus vtimur scz greca.

hebraica. et latina ad significandum q his  
tribus linguis scripte est titulus crucis xpi  
**Job. xix.** et ad designandum q ois lingua  
que per hanc triplicem intelligitur deu lau-  
dare et offerri debet. quia dominus nr ihus  
criste in gloria est dei patris **Licet** em mlta  
sint genera linguaz iste tamen sunt pncipa-  
les. hebraea ppter legem et quia est aliarum  
mater. greca ppter sapientiam. latina ppter  
nobilitatem et romani impy dominiū verba  
latina sunt eple. euagelia. orens et cantus  
greca sunt kyrielson cristeleson et ymas.  
hebraica sunt alla. amen. sabaoth et osanna  
**Vn** et in missa romani potificis in pncipis  
solennitatibus legitur euangelium et episto-  
la non solum in latino verū etiam in greco  
ad designandū diuisione vtiusq populi  
sub vna fide siue q ecclesia ostat non solū  
ex latinis. verum etiam ex grecis. et vide in  
sexta parte sub titulo de pasceue **¶** Sed qri-  
tur vtum sacerdos minus q duobus pnti-  
bus debeat celebrare missam **Et** videtur q  
non. statuit nāq sother papa vt nullus mis-  
saz solennia celebrare presumat. nisi duobz  
presentibus sibiq respondentibus. ipse ter-  
tius habeatur **Cum** enim ipe presbiter dicat  
dominus vobiscum et in secreta dicit. orate  
p me. ouenit vt ipsius saluationi a pluribz  
respondeatur **¶** Verū aliud est necessitatis  
articulus in quo potest vno solo presente ce-  
lebrare. et aliud religionis otemptus **Pie** q  
credendum est et sacris auctoritatibus opro-  
batur q angeli dei comites assistunt oran-  
tibus. iuxta illud ppheticum. **In** conspectu  
angeloz psallaz tibi **Et** angelus ad thobia  
**Quando** orabas cum lacrimis ego obtuli  
orationem tuam dnō. h et in canone misse  
otinetur **Supplices** te rogamus omnipotes  
deus. iube hec pferri p manus scī angli  
tui in sublime altare tuum. **Preterea** qlibet  
homo habet suū ppiū angelum ad custo-  
diam **Vnde** dominus in euangelio loquēs  
de paruulis ait. **Angeli** eoz semper vident  
faciem patris **Illos** igitur habemus in ora-  
tione participes. quos habebimus in glori-  
ficatione consortes **Solus** tamen presbiter  
non potest diuinum officium absq ministra  
suffragio celebrare put in constitutiōe alex-  
andri canetur. **Canon** quoq rheleatanen.  
conciij statuit vt vbi temporis vel loci siue



cleri copia suffragat habeat q̄sq; deo sacrificans post se vicini solaminis adiutorem. ut si aliquo casu ille qui ad officia impleturus accedit turbatus vel ad terram illius fuit attergo semper habeat qui eius vicem intrepide assequatur. siquidem copia temporis suffragatur. si non sit guerra loci. si ecclesia sit dives cleri. si sit ibi copia clericorum. **C**onaliū autem dicendū est q̄ illa est legitima missa in qua est sacerdos. respondens. offerens atq; comunicās. Sicut ipsa precum dispositio eundē ratione demonstrat. **I**ntritus ad chorū prophetarū respicit. quoniam s̄m aug. moyses minister fuit veteris testamēti p̄phetae noui. **H**ierielepson ad eos respicit p̄phetas. qui circa aduentum domini erant de quibus fuerunt zacharias et iohannes baptista filius eius. **G**loria in excelsis ad cetum respicit anḡ clerū. gaudium natiuitatis dñi pastorib; ar nūciantium. **P**rima collecta respicit ad hoc quod dñs circa annū duodecimum agebat. q̄n sc̄ ascendēs in ierosolimaz sedebat inter doctores audies et interrogās. **E**pistola ad iohannis predicationem p̄tinet. Responsorium et beniuolentiam apostolorū respicit sc̄ quomodo a domino vocati secuti sunt eum. **A**lleluia ad letitiam mentis eorū pertinet. quam habebant de p̄missionibus eius vel de miraculis que per eum vel per nomen eius fiebant. **E**uāgelium respicit t̄ps a sua predicacōe vsq; ad predictum tempus. **Q**uero deinceps in missa officio agitur ad illud respicit tempus. quod est a dominica quando pueri obuiauerunt ei vsq; ad diem ascensionis eius siue pent̄. **O**ratio vero secreta vsq; nobis quoq; peccatorib; designat illam orationem quam ihesus in monte oliueti exercebat. q̄d aut̄ postea agit̄ significat tempus illud q̄ dominus in sepulcro iacuit. **Q**uando vero panis in vinum mittit̄ aīaz dei ad corpus redire demonstratur. salutacō sequēs significat salutacōes postea disciplis a xp̄o factas. **F**ractio oblata significat fractionem panis factam a domino discipulis in emaus. hec plenius in suis locis dicent̄. **D**e missa pro mortuis et ipsorū officio in x̄ij. p̄te dicitur. **A**d hoc missa non nisi in sacrat̄is deo locis. i. in tabernaculis diuinis p̄cibus a pontificib; delibutis. absq; magna necessitate dici d̄. **N**on ergo in p̄phanis domib;

absq; ep̄i licentiā. q̄ sanctius est missaz non cantare vel non audire q̄ in locis in quib; hoc fieri non oportet. **V**nde scriptū est. vide ne offeras olocasta tua in omni loco quez videris sed in omni loco quem elegerit dñs deus tuus. de hoc dicitur in p̄hemio q̄nte partis. **P**otest aut̄ esse necessitas ut dicitur in nauī vl̄ in exercitu sub papillione siue sub diuo si illud haberi non possit. sed tunc cū tabula seu altari viatico. **P**resbiter aut̄ non debet missaz celebrare sine licentiā ep̄i in altari in quo episcopus ea die celebrauit. **S**ixtus tamen papa. statuit missam non nisi super altare celebrari. **F**elix papa primo statuit supra memorias martirū missas celebrari. **B**onifatius papa secundus statuit ut in missa celebratione clerici a laicis sint diuisi. **M**artinus papa statuit missam alta voce cantari. **V**irgilius papa statuit eaz i ecclesia orientali parte dici. **I**llud quoq; notandum est q̄ in missa representat̄ pugna et victoria sacerdotis contra hostem antiquum. processus ad hanc pugnam ponitur sub eide accessu. pon. ad al. in fine. **A**rima vero et pugna sacerdotis posita sunt in p̄hemio iij partis. **R**ursus missam quasi quoddam iudicium imitatur. **V**nde et canon actio vocat̄ est enim actio causa in iudicium deducta. **I**n missa quidem causa nostra agitur. oratorū est pretorium. deus iudex. d̄p̄abolus accusator. ministri testes. **S**acerdos aduocatus et defensor. hic est moyses qui causam populi ad dñm allegabat. cuius patrocinio delatoris fallacia cōfutatur. et nostra innocentia op̄batur et absoluitur. et iudicis ira placet et per misericordiam culpa remittitur. **C**eterum missa dicitur mysteriū quod p̄fertur et sacrificium quod offertur. **M**issa autem officium in duas principaliter diuidit̄ pres videlicet in missam cathecuminez et missaz fidelium. missa cathecumioz est ab ineroitu vsq; post offeritorium q̄ missa ab emittendo dicitur quoniam quando sacerdos incipit cōsecrare eucaristiam. cathecumini foris de ecclesia mittuntur. **V**nde antiquitus per lecto euāgelio d̄p̄aconus sup̄ pulpitu actamē solebat. **S**iqs cathecumini adest exeat foris p̄ut dicitur in sexta parte sub quarta feria quarta dominice quadragesime. quod ideo fiebat quoniam cathecumini licet sint in fide



instruati nondū tñ sunt renati siue baptizati  
et ideo nondū sunt de corpore ecclesie sicut  
nec iudei. nec gentiles qui are sacris altaris  
mysterijs interesse non debent. que non nisi  
baptizati fidelibz committunt n̄ thesauri  
ecclesie sunt inimicis ostendendi Vnde de q̄  
busdam qui cathecuminorū et nondū renato  
rum t̄p̄m seu figuram gerebant scriptum  
est. ihesus autē non credebat se illis sciens  
quid in homine esset Hinc etiam in canone  
carthegineñ. concilij dicitur q̄ nec gentilis  
nec hereticus. nec iudeus prohibeat ec̄ciam  
ingredi et audire verbum dei vsq̄ in finem  
misse cathecuminorū. nec etiam incestuosi.  
Missa vero fidelū est ab offertorio vsq̄ ad  
postcōmunionem et dicit missa illa a dimit  
tendo. quia ea expl̄ta ad p̄p̄ia quisq̄ fidel̄  
dimittitur Missa ergo aliquando est nomen  
collectionum quia quandoq̄ missa vocatur  
quod ē ab introitu vsq̄ ad offertoriū Q̄nq̄  
quod est ab introitu vsq̄ ad ite missa est. et  
hoc verius quia tunc hostia mittitur Q̄nq̄  
quod v̄itatius est dicitur missa totū offitium  
ab introitu vsq̄ ad ite missa est. siue inuoca  
tio nominis dei. q̄ fit a sacerdote sup̄ altare  
quasi transmissa eo q̄ populus fidelis p̄ mi  
nisterium sacerdotis qui vice mediatoris int̄  
deum et homines idest cristi fungitur p̄ces  
supplicacōnes. ac vota altissimo transmittit  
Quandoq̄ tantum offitium quod sub silen  
tio dicitur Q̄nq̄ solū verba illa quibz do  
minicum conficitur cor̄p̄ Aliquando missa  
est nomen p̄p̄ium quia significat cristum q̄  
missus est a patre in hunc mundum Signi  
ficat etiam angelum qui mittitur ut p̄ eius  
manus hostia offerat in sublime altare dñi  
Ipsū ergo sacrificiū. i. hostia vocat missa  
quasi transmissa. prius siquidem a patre no  
bis ut scilicet esset nobiscum. postea a nobis  
patri ut intercedat et sic p̄ nobis apud ip̄m.  
Item transmissa primo nobis a patre per  
incarnationem cristi filij sui qui fuit missus  
celestis. et postea patri a nobis per passioē  
eius Similiter in sacramento transmissa p̄  
mo nobis a patre per sanctificationem. qua  
nobiscum esse incipit. postea patri a nobis  
per oblationem qua pro nobis apud patrem  
intercedit. hec enim missio seu legatio sola  
sufficiens et p̄donea est ad soluedas inter  
deum et homines et inimicitias et offensas

Cum ergo dyaconus in fine misse dicere  
missa est idē est ac si dicat redite ad p̄na et  
sequimini cristum. quia missa siue oblata est  
hostia saluatoris pro nobis ad deum patrem  
placandum Potest etiam et aliter missa di  
uidi in quatuor partes s̄m apostolum p̄ma  
ad r̄ptū. ij. et habetur etiam in canone con  
cilij toletan̄. s̄ in obsecrationes. orationes.  
postulationes et laudes siue gratiarū actiōes  
quorum verborū expositio in quinta parte  
sub tertia ponitur Pars prima p̄tenditur  
ab introitu vsq̄ ad offertorium. et dicit obse  
craciones. i. predicationes q̄ s̄z sunt p̄iusq̄  
species incipiant bene dici Secunda vsq̄  
ad finem dominice orationis ibi videlicet li  
bera nos quesumus dñe et Tertia vsq̄ ad  
cōmunionem videlicet s̄m auḡm. orationes  
quas episcopus dicit post cōmunionē Quarta  
vsq̄ in finem s̄z s̄m auḡm. quando post ite  
missa est vel benedicamus de mino. pop̄l̄  
responderet deo gratias Secundum a h̄c  
vero prima pars protendit ab introitu vsq̄  
ad Tercia Secunda vsq̄ ad Oremus  
preceptis salu. et Tertia vsq̄ ad collectas  
Quarta vsq̄ ad ite missa est. Rursus  
quia quinq̄ fuerunt effusiones sanguinis  
cristi ideo missa offitium ab offertorio in an  
tea. in quinq̄ subdiuiditur partes ut ibi di  
ceretur Sed et quia in sola cruce etiā quinq̄  
fuit sanguinis effusio. Ideo et solus canon  
subdiuiditur in quinq̄ partes. prima vsq̄  
qui pridie Secunda vsq̄ ad memento Ter  
tia vsq̄ ad preceptis Quarta vsq̄ ad embo  
lismum Quinta vsq̄ ad collectas.

De v. psal. q̄s p̄ntifex celebratur dicit.  
Celebratur pontifex missarū  
solennia quosdā psalmos et ora  
tiones ex institutione celestini pri  
mi premitit q̄s interim dum caligis et san  
dalijs ornatur dicit s̄m exhortationem psal  
miste dicentis. Preoccupemus facies eius in  
confessione et in psalmis iubi. ei Vi psalmi  
sunt quinq̄ videlicet Quā dilecta taberna  
cula Benedixisti Inclina Credidi et Depro  
fundis. ut quicquid immundum quinq̄ sen  
suū transgressione commisit q̄nq̄ psalmoz  
oratione detergat Quedam enim cōtinētur  
in quolibet ipsorum que recte conueniunt.  
celebraturis altaris mysterium et eucaristie  
sacramentum Orationes v̄o quas adicit



manifeste ptinent ad impetrandum cordis  
et corpis munditiaz et munimen **C**ursum  
ideo dicit. **Q**m dilecta. et alios psalmos ut  
in cristo cuius typum gerit virtutum pleni  
tudo noetur **E**t nota qd religio sus scdm  
ordinis sui processione discalceatus incedes  
missam celebraturus se calceat ex precepto  
apli dicentis ad eph. **S**tate calceati pedes  
in preparatione euangeliy pacis **N**empe per  
calceamenta que sunt de pellibus animalium  
mortuorum et calceant terras. et sunt clausa  
desubter et aperta desup significatur qd sacer  
dos debet esse mortuus mundo et debet cor  
habere clausum ad terrena. et ipsa tanq lu  
brica calcare et vilipendere. et apertum ad  
respicendum et desiderandum celestia.

**D**e capitis opositione et manu lotione

**Q**uod aligis et sandalijs ipositis po  
tius et sacerdos caput pedinat  
manus et faciem lauat **N**am et  
legalis sacerdos sacrificaturus lotis prius  
manibus ac pedibus induebat manastalim  
cui loco hodie sandalia habent. put dictu  
est sub tertia parte sub titulo de legalibus  
indumentis **P**edinat igit caput et faciem  
lauat **P**rimo exemplo marie que futuram  
xpi passionem figurans unxit oleo caput et  
etenim in missa officio cristi passio representat  
**S**ecundo ex mandato dni dicentis in ma  
theo. tu aut cum ieiunas unge caput tuum  
et faciem tuam laua. per hoc significans qd  
in sanctis opibus nostris omnem fictionem  
et simulationem a nobis ammouere debem  
**T**ertio pedinatur caput **N**am per capillos  
supflue cogitationes et cura terrene sollicitu  
dinis. p caput mens et intentio que cunctis  
aie actibus sicut caput ceteris membris sup  
eminet significat **C**ongrue igit pedine  
capilli oplanant et ornantur et euulsi sepa  
tur ad notandum qd tunc specialiter mores  
oponere et supfluas cogitacoes a se repellere  
debet. iuxta illud propheticum **Q**uerte maluz  
cogitationu vestray. atq mens ipsius pma  
discrecoe separari. quietari et purgari a terre  
nis sollicitudinibus et virtutibus ornari dz  
**P**ecten enim ppter ordinatam incisio nibz  
diuisione. discretioem significat. q intentio  
aie adornatur. sic capilli capitis pedine ador  
nant **M**anus qd lauat ppter reuerentiaz tanti  
sacramti qis ad illud ptractandu modissim

accedat **V**nde greg. in pascorali li. i. ca. xij.  
**N**ecesse est ut moa studeat esse manus que  
diluere sordes curat **C**orpaliter igitur lauat  
manus ut spualiter munder actus. iuxta il  
lud ps. **L**auabo in innocentes manus meas  
ne quasi illotis manibus ad mensam per  
uenire videatur. non qd lutum manu diui  
na sacramta otaminet **S**ed si quis indigne  
manducat et bibit ne vn et i euangelio mat.  
**N**on lotis manibus manducare non coin  
quinat hoiem. qd vero de ore pcedunt et de  
ore exeunt viz cogitacoes male. homicidia.  
et adulteria ne huiusmodi et hec sunt qd coin  
quant hoiem **S**olicite ergo satagendum est  
ut non tam exteriora manuum q interiora  
mentium inquinamenta purgent. **M**anuum  
aut lotio a lege sumptis exordiu ut pmissus  
est **L**egit etiam exo. xxx. xxxvij. et xl. capi.  
qd moyses fecit labiu encum de speculis mu  
liez in q lauabant se sacerdotes in ingressu  
tabernaculi testimonij. et qng accessuri erant  
ad altare. **S**iquidem in labeo eneo sonoro  
significatur confessio **I**n altari aureo mentis  
amaritudo **I**n speculis muliez vite sanctorum  
consideratio **S**acerdos ergo priusq ad alta  
re veniat p confessioez siue lacrimis penitentie  
se abluat p mentis amaritudines se purget  
p considerationem vite sanctorum se informet  
**D**e primo psal. iij. **M**undamini q fertis  
vasa dni **D**e scdo pma corinth. vj. **E**xpur  
gate vetus ferment. **D**e tertio hebre. ij. ha  
bentes impositam nubem deponamz omne  
pondus et circumstantans nos pccum ut sit in  
numero innocentum audacter dicentiu **I**u  
dica me domine. qm e. in. in no. a. **E**t ita.  
**L**auabo inter innocen. ma. me. et cir. a. r. d.

**D**einde manus lotas manutergio tergit  
quia post lacrimas ottriciois pcca abhortere  
et abolere p opera satisfacionem dz. lumen  
quidem p laborem et candorem perducitur  
et penitentes p satisfacionem perperuaz glo  
rificacionem **C**rimium igit manu et faciei  
ornamenta non sunt voluptatis oblectamta  
sz in figuraz a dno sacerdotibz legis iniuata

**D**e aque benedictae asperione.

**S**acerdos in dniciis diebus celes  
braturus alba et stola paratus  
pulsq p lanera induat. ut liberi  
vacare possit aquam ex institucioe alexandra  
pape primi bndicit altare. ecclesiam et pplm



1807  
aqua benedicta aspergit. ut omnis spirituum  
immundorum spurcitia tam de habitaculo quam  
de cordibus fidelium appellatur. hec enim virtus  
aque exorcizate inest. **E**t etiam quia novus  
christianorum populus baptismatis sacramento  
renatus ita ministerio aque. lota renatorum  
corpora inuit sicut sanguis agni a pulco populo  
ad repellendum percussorem in postibus ponebat.  
**V**nde in canone alexandri ita legitur aquam  
sale aspersam populo benedicimus ut ea cum  
aspergi sanctificentur et purificentur. quod et  
omnibus sacerdotibus faciendum esse manda-  
mus. **N**am si cinis vituli aspersus populum  
sanctificabat atque mundabat scilicet a venialibus  
multo magis aqua sale aspersa diuinis pre-  
cibus sacrata populum sanctificat atque mundat  
a venialibus et si sale aspersa per heliseum  
sterilitas aque sanata est. quanto magis diuinis  
precibus sacratus sal sterilitatem reprobam auferat  
humanarum et coinquinatos sanctificat et pur-  
gat. et cetera bona multiplicat. et insidias demoni  
autem. et a fantasmatis versucis homines  
defendit. **R**ursus tunc sacerdos intus ta-  
bernaculum aspergit. dum dei misericordiam  
petit. **C**yprianus quod papa ait. quod ideo homines  
aqua benedicta asperguntur quod valet ad sanc-  
tificationem. **V**nde scriptura per ezechielem  
dicit. **A**spergam super vos aquam mundam  
et mundabimini ab omnibus immunditiis  
vestris. et dabo vobis cor novum et spiritum  
nouum in vobis. **I**tem in numeris qui te-  
tigerit cadaver hominis siue humane anime  
morticinium. et a morte cadens. et propter hoc  
septem diebus fuerit mundus aspergatur  
ex hac aqua de tertia et septima et sic munda-  
bitur a peccato. **S**i enim aspersus die tertia non fuerit  
septima non poterit emendari. **I**tem quod ex hac  
omixtione aspersus non fuerit polluet taber-  
naculum. et tangens pollutus non intrabit cum  
aliis tabernaculum. et seipsum que est pars  
tabernaculi domini. et ecclesie et bibit ex israhel.  
**I**tem qui aqua expiationis non est aspersus  
immundus erit et manebit spurcitia eius super  
eum. **E**t iterum purificabis leuitas circum-  
spersgens eos aqua purificationis. et iterum  
aqua aspersionis purificatio est. **E**x quibus  
apparet aspersionem aque instar salutaris la-  
uacri obtinere. quidam tamen premissa re-  
ferunt ad aquam baptismi. **A**qua igitur  
in memoria baptismi omni die benedicuntur

ut dicitur in vi. parte sub ascensione preterquam in  
pascha et penthecosten quod in sabbatis dominicas  
illas precedentibus benedictis fontibus ante  
crismatis infusionem aqua recipitur et ad as-  
pergendum nos et domos rebeuatur sicut in  
canone cautum habetur. **E**x aqua ergo be-  
nedicta nos et loca in significationem bap-  
tismi aspergimus nec aspergimus ut rebapti-  
semur. sed ut gratiam diuini nominis cum  
memoria baptismatis inuocemus. **E**t licet  
in dictis duabus dominicis aspergatur altare.  
non tamen tunc cantatur antiphona. **A**sperges me  
domine etc. quia tunc potius legendum nobis  
est cum recolimus nos esse a christo mundatos  
per sue supplicium passionis. iuxta illud in  
trecentis. **M**emoria memor ero et tabescet in  
me anima mea. **I**n dominicis ergo diebus ante  
missam et maius altare tamen et totus populus  
asperguntur quantum in nocturnis et vespere  
omnia altaria vel saltem precipua thurificentur.  
**C**irca quod considerandum quod huiusmodi aspersionis  
aliam rationem sit super populum et super altaria  
quia enim occlusit deus omnes sub peccato  
saltem veniali. quod septies in die cadit iustus.  
**I**dem ipse populus ecciam ingrediens di-  
uinis insistere intendens. ipsa aqua sanctificet  
aspergitur. que valet ad quotidiana dolen-  
da sicut in cinere vituli in veteri testamento  
fuit quod qui immundus erat prohibebatur ecciam  
ingredi donec aqua lauaret. **A**ltare autem  
aspergitur propter reuerentiam sacramenti quod  
ibidem consecrandum est. ut inde omnium ma-  
lignorum spirituum purgatio arceatur et quoniam  
cristus pro altare quod esse debet lapideum sig-  
nificatur. sicut illud apostoli. petra autem erat  
cristus et fides nostra de vno castro et non de  
pluribus est. **I**dem ut signum signato re-  
spondeat vnico altari asperso vnusquisque aspergitur  
populus. quod ipse solus est qui tollit peccata  
mundi. **T**hurificatio vero quoniam representat dif-  
fusionem diuinarum gratiarum spiritualium et quoniam  
gratia non solum in capite verum etiam in aliis  
subiectis capiti inuenitur. **I**deo ouenient post  
primum sedatio alia altaria pro quod diuini gradus  
secundum intelliguntur thurificari solent. **R**ursus  
in thuribulo cor igne orationis accensum significat  
quia ergo oratio nostra solum ad deum et  
cristum mediatorem nostrum debet principi-  
paliter applicari. ideo et altare et crucifixum



thurificari solent. **I**n paschali autem tempore ad aspergendum cantamus. vidi aquas quod sumitur de ezechiele cui dominus ciuitatem ostendit edificatam. super montem et vergentem ad austrum in qua erat mirabile templum. **C**iuitas ecclesia est de qua dicitur non potest abscondi ciuitas super montem posita. **T**emplum est corpus christi de quo dicitur soluite templum hoc et post triduum edificabo illud. **A**qua de templo egrediens fons est baptismi de latere christi procedens. **S**ed cum fuerit in leuo lanceatus. cur hic dicitur a latere dextero? **R**espondeo duo sunt latera christi scilicet dextera et leuam. **D**extera est diuinitas. et leuam humanitas. **A** latere igitur dextero exiit quod de diuina christi natura spiritus sancti aqua inuisibilis procedit qui a que inuisibili que de latere leuo. i. humanitate lanceata profluit saluandi virtutem tribuit. **R**ecte igitur hic in processione paschali cantamus in laudem fluminis huius cuius inundatione per mortem christi reuiximus. **V**erum post octauam penthecostes cantatur in dominicis ad aspergendum antiphona. **A**sperges me domine etc. que a pascha usque tunc pretermittitur. quod de fine passionis et humilitate baptismi propheta predixit. **P**orro aque cum benedicitur sal admiscetur quod ab heliseo sumpsit exordium. et sic hoc ad notandum quod populus per aquam intellectus ut sanctificari possit per sacerdotis officium verbo dei imbuitur quod per salem significatur. **F**it ter trux super aquam et salem. quia docetur populus sancte trinitati gratias pro sua eruditione atque redemptione referre. **P**er aquam quoque confessio per salem a maritudo significat ex qua mixtura geminus pars procedit scilicet diuisio seu separatio delictorum et certus virtutum ac bonorum operum. **S**ed quare prius benedicitur sal quam aqua. **R**espondeo per sal intelligitur amaritudo penitentie. per aquam baptismus. quia ergo cordis contritio debet precedere absolutionem. et penitentia baptismum ideo prius benedicitur sal quam aqua. **E**t nota quatuor esse genera aque benedictae. **P**rima in qua fit iudicium purgationis que in usu non est. **S**ecunda aqua que sanctificatur in dedicatione ecclesie et altaris de quibus in prima parte dictum est sub titulo de consecratione ecclesie et altaris. **T**ercia est qua in ec-

clesiis aspergimur de qua hic agitur quarta aqua baptismi de qua dicitur in vi. parte sub sabbato sancto et hac solebant homines aspergi postquam exsisterentur et adhuc sit in quibusdam locis hodie interdictum est. **P**utabatur enim se iterum a peccatis huius aque asperione mundari. **C**um tamen ostendit nulli bis baptizari posse. quod uero magis dignum trahit ad se minus dignum. ideo si aqua non benedicta admisceatur benedictae efficit benedicta.

**De officio seu introitu missae.**

sunt opera vite actiue. quedam vero vite con-  
templatiue. sed opera vite actiue quodam-  
modo cancellatim ad opera contemplatiue  
vite sicut sinistra ad dextram operantur eo  
quod opera actiue sicut supposita seu inferiora  
ad opera contemplatiue disponunt. et opa  
contemplatiue sicut supposita et altiora illa  
perficiunt et consumant. **I**deo in ipsa manu  
cancellatione dextere supponitur sinistre. **R**ursus  
orat cancellaris manibus ante pectus. quasi  
ipso facto dicat. **O**bscuro te per crucez et passi-  
onem tuam ut iubeas hec perferris etc. **C**ancel-  
latio enim manuum cristi passionem significat  
et dextera per quam resurrectio. leue. per quam  
passio designatur supponitur. ut per hoc christi  
resurrectio a mortuis insinuetur. **V**erum in  
nonnullis ecclesiis dyaconus infra actiones  
lauat manus. signans primo. quod pilatus se  
lauit cum se lauit tunc se motum a christi sanguine  
proclamauit. **V**el secundo quod nostra sordida  
opera cristi passione mundantur. **T**ercio quod  
nullus nisi mundus ad percipienda fidei sa-  
cramenta procedat. **S**equitur **I**ube hec per-  
ferri etc. tante sunt profunditatis hec verba  
ut intellectus humanus vix ea sufficiat pe-  
netrare. **V**nde beatus Gregorius. **T**anti sacra-  
menti dignus interpres. dicit illis tanquam de re  
ineffabili. pene ineffabiliter loquens. **Q**uis



inquit fidelium habere dubium possit i ipa  
imolationis hora: ad sacerdotis vocem celos  
aperiri: in illo ihesu cristi misterio angeloz  
choros adesse. summis pma sociari: terrena  
celestibus iungi. vnūq; ex inuisibilibz arg  
uisibilibus fieri. Idem etiā alibi dicit. Vno  
eodemq; tempore ac momento i celum id est  
celestem naturaz rapitur ministerio angloz  
consociandum: corpori cristi scilicet mistico et  
ante oculos sacerdotis in altari videtur

**S**aluo tñ occulto celestis oraculi sacra:  
mento: possent hec verba licet simplicius tñ  
secutius sic exponi. Iube. i. fac. hec scz vota  
fidelium. i. supplicationes et preces. perferri  
i. presentari. per manus sancti angli tui. i.  
per misterium angeloz qui sunt administra  
totij spiritus. et vota nostra coraz deo offe  
runt. Iuxta illud qd ait Raphael angelus  
ad Thobiam tho. xij. Qñ orabas cum lac  
mis ego obtuli orationem tuā domino. Ex  
hoc ergo euidenter apparet. qd angelus sa  
cris misterijs adesse credendus est. nō vt cō  
secret: qd hoc non potest. h̄ vt orationes sac  
dotis et ppli deo representet. h̄m illō Apoc.  
Ascendit fumz aromatum in conspectu dñi  
de manu angeli: que sūt orationes sanctorz  
In sublime altare tuum supple hoc est in cō  
spectu diuine maiestatis tue. i. in contempla  
tione maiestatis et curie tue celestis. Nā ipē  
deus dicit altare sublime. Exo. xx. Non ascen  
das ad altare meum per gradus. i. in tñi  
tate nōn facies gradus. Porro sicut beatus  
Augustinus determinat. Non dicit angls  
offerre orationes deo. quasi tunc primo de  
hōuerit quid velimus qd deus omnia nouit  
anteq; hant. sed quia necesse habet rational  
creatura temporales causas ad eternitatem  
fferre. siue petendo quid erga se fiat. siue cō  
sulendo quid faciat aut qd deo iubente im  
plendum esse cognouerit hoc nobis vel eui  
denter vel latenter reportet. Possunt etiam  
scōo modo premissa vba sic exponi. Omni  
potens deus iube hec. scz panem et vinum  
perferri. i. transmutare in sublime altare tuū  
i. in corpus et sanguinez filij tui sup choros  
angeloz exaltari quia corpus domini dictū  
est altare. scōm illud. Altare de terca facietis  
mibi Per manus angli tui. i. p ministerium

sacerdotis. Non em scōm augustinum. De  
poscit ob aliud illic deferenda. nisi vt intel  
ligatur. qd ista hant. i. transsubstantientur i  
eo sacerdotis id est in eiz ministerio virtute  
spirituallia. Sed cum iam transsubstantia  
ta sint. exponi possent tercio modo sic Iube  
hec. i. cristi corpz misticum. scz ecclesiam xpi  
militantem. perferri id est associari. in sub  
lime altare tuum. i. in ecclesiam triumphan  
tem que dicitur altare. scōm illud. Leuitici  
Ignis in altari meo semper ardebit. i. feruor  
caritatis in ecclesia triumphanti. et hoc per  
manus angeli tui. id est per operationem et  
virtutem cristi filij tui. qui est magni consilij  
angelus. Iste em corpus suum misti  
cum deo patri coniungit et ecclesie triumphā  
ti. Quarto modo hic est angelus magni cō  
silij. consiliarius ille cuius consilio pater mōm  
creauit et recreauit. Sublime altare in cō  
spectu dei est cristus crucifixus sedens in dex  
patris. Igitur Angelus fert hec sacramen  
ta in sublime altare in conspectu dei dum ci  
atrices ostendens interpellat apud patrem  
pro nobis hec sacramenta confitentibus.  
**Q**ue vero sint illa que petit in sublime  
altare perferri determinat dominus dicens  
Vt quotquot tē. per hoc enim demonstrat  
corpus cristi misticum. quod cristus quoti  
die ad se trahit p membra Vnde Jeremias  
Patrem vocabis me. et post me ingredi nō  
cessabis.

**M**emento etiā domine tē. x. ps  
Dec cōiunctio etiam continuat  
sequentia proxime precedentibz  
Vel dici potest qd supfluit. Nam in antiqz  
codicibz precedebat immediate quedaz ora  
tio incipiens. Memento mei queso domine  
tē. in qua sacerdos pro se orabat. vt digne  
posset offerre. Vnde tunc recte sequebatur  
Memento etiam domine famulis tē. Et qd  
in multis modernis codicibz oratio illa nō  
inuenitur. ideo h̄m illos istō etiam supfluit  
Vel quod meli⁹ est respicit aliud. Memento  
quod precedit in quo rogauit p viuis. hic  
autem orat pro defunctis. **O**rat ergo pia  
mater ecclesia nō solum p viuis. vepetiam  
pro defunctis. et eos deo p̄i sacre oblationis  
intercessione commendat certissime credens



quod sanguis ille preciosus. qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum. non solum ad salutem uiuentium. uerum etiam ad absolutionem ualeat defunctorum. Ideo gabi-lonen. scilicet statuit. ut in omnibus missis solennibus. loco competenti uidelicet in hoc loco secrete. uel in diebus non solennibus. In dominica enim die. ob resurrectionem dominicam anime requiem creduntur habere ecclesia pro defunctis dominum deprecetur. Iuxta illud Augustini. Non sunt pretermittende supplicationes pro spiritibus mortuorum quas faciendas. pro omnibus in christiana catholica societate laudamus. Et quod quandoque defunctis pariter filij. cognati et amici qui supplicationes pro eis effundant. una et pia mater id est tota ecclesia. omnes defunctos sub generali commemoratione suscipit. tacitis illorum nominibus. et eis exhibet communionem Innocentij. quod ipse statuit. ut ante consecrationem hostie non recitentur nomina defunctorum. possent enim populo recitari sed deo quem nihil latet necesse non est. qui cum signo fidei nos precesserunt scilicet ad dominum. non quod ibi sit fides aut spes. ubi spes est et res. Nam fides euacuatur caritas nunquam excidit. sed signum fidei pro caractere fidei christianitatis accipitur. quo fideles ab infidelibus discernuntur. secundum illud. Audiui nomen signatorum. c. xliij. milia signati ex omni tribu filiorum israel et dormiunt in somno pacis. secundum illud. In pace in idipsum dormiam et requiescam. Frequenter enim sacra scriptura defunctos dormientes appellat pro eo quia sicut dormientes cuigilant. ita mortui resurgent propter quod dicit apostolus. Nolo uos ignorare de dormientibus. ut non tristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Et dominus inquit in euangelio. Lazarus amicus noster dormit. Ipsi domine et omnibus in christo quiescentibus. In hoc loco sacerdos quorum maluerit defunctorum debet agere memoriam specialem. Finita est enim memoria mortis domini et ideo sequitur mors nostris christus precessit et nos eius uestigia sequimur. Dic autem uocantur quiescentes in christo qui in caritate mortui sunt. habentes tamen aliqua purgabilia. eo quod non plene satisfecerunt

pro peccatis confessis propter quod ad locum purgatorij descenderunt. ubi existentes suffragio indigent ecclesie militantis tam non dum habentes in se pacem et refrigerium glorie licet habeant in certa et infallibili spe locum refrigerij. in quo non est ardor penarum. Lucis in quo non est obscuritas tenebrarum. et pacis in quo non est conflictus pugnarum. Nam absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum. et iam non erit amplius. neque luctus neque clamor. sed nec ullus dolor. quam prior transierunt. sed delectabuntur in multitudine pacis cum placebunt coram domino in regione uiuentium. Paradisus ergo dicitur locus refrigerij. propter ardorem ignis purgatorij per quem anime transeunt. Iuxta illud psalmi. Transiuimus per ignem et aquam et. Locus lucis est tenebras inferni. De quibus Mattheus. Mittite eum in tenebras exteriores. Locus pacis. propter mentis tranquillitatem. que ibi est contra uermem conscientie eorum. qui salui non erunt. Unde Isaias. Vermis eorum non morietur. nec ignis eorum extinguetur.

**M**obis quod dicitur. xj. pars. Nec autem oratio preteritur usque. Per omnia secula seculorum. Et hec uerba proferenda sacerdos paululum expressa uoce percussio pectore silentium interrumpit. representans contritionem et confessionem latronis in illo passionis dominice articulo in-epantibus alterius et dicentis. Nos digna factis recipimus. hic autem nihil mali gessit. Et dicebat ad ihesum. Luce. xxiij. Domine memento mei dum ueneris in regnum tuum propter quod dixit illi ihesus Amen dico tibi. Hodie mecum eris in paradiso. **R**ursus pro exaltationem uocis et percussione pectoris exprimitur illud. quod centurio et qui cum illo erant. uisis his que fiebant timuerunt ualde dicentes. Vere filius dei erat iste. et omnis turba que sibi aderant ad spectaculum illud percutientes pectora sua reuertebantur. Note uero eius et mulieres que christum secute fuerant a galilea stabant a longe hoc uidentes. quas significant ministri scilicet diaconus et subdiaconus retro stantes. qui ad hanc uocem erecti in os sacerdotis uel episcopi intuentur.



64770  
Præmissa autem peccatoris unica tonsio significat  
quod secundum apostolum ad Romanos. vii. Christus  
semel pro peccatis nostris mortuus est. Et  
fit cum tribus digitis scilicet sine pollice et  
indice. ut trinitas in unitate notetur. Pectoris  
quoque tonsio quandoque penitentiam designat  
sicut sub titulo de confessione dictum est pec-  
catoribus. Hoc ideo dicit. quia si dixerim  
quod peccatum non habemus nosmetipsos  
seducimus. et veritas in nobis non est. Licet  
enim omni tempore debeamus ex corde nos  
recognoscere peccatores. precipue cum pro  
remissione peccatorum sacrosanctum misterium  
celebramus. de multitudine miserationum  
tuarum sperantibus. Iuxta quod inquit psalmista.  
Secundum multitudinem miserationum tuarum  
dele iniquitatem meam. Et nota quod una tantum  
est dei misericordia. non aliud quidem quam ipse est  
misericors. sed multi sunt eius effectus qui  
miserationes dicuntur. Unde Reminiscere  
miserationum tuarum domine. et misericordiarum  
tuarum que a seculo sunt. Partem aliam et societatem  
donare digneris. Sed cum ipse deus sit omnia  
in omnibus salus et premium et gloria sin-  
gularum. Iuxta illud. Salus populi ego sum  
Quid est quod dicit. partem aliam et societatem  
tamquam non omnes sint eundem denarium  
accepturi. Hanc licet unum et idem sit pre-  
mium singularum. videlicet ipse deus in cuius  
cognitione salus eterna consistit. secundum illud  
quod ipse dicit in euangelio. Nec est vita eterna  
ut cognoscant te verum deum et hunc quem  
misisti ihesum christum. tamen secundum differen-  
tiam meritorum alij plus. alij minus divina  
visione fruuntur. Nam et stella differt a stella  
in claritate. propter quod ipse dominus ait  
In domo patris mei mansiones multe sunt  
Sicut unus est sol. cuius lumine participant  
universi. alij plus. alij minus. secundum differen-  
tiam intuituum. Cum Iohanne. Stephano  
Mathia. Barnaba. In hac secunda commemora-  
tione sanctorum magna ex parte supplentur  
qui de primitiis sanctis deesse videbantur  
in prima. Sed quare Iohannes reperitur et  
Stephano sociatus. iohanni premititur mathie  
et barnabe apostolis. Super hoc dici potest  
quod iohannes in prima commemoratione di-  
sponitur. et cum ceteris numeratur propter

diogenem apostolatus. In hac autem memo-  
ratione repetitur et cum Stephano sociatur.  
propter privilegium celibatus. Virgines enim  
sunt et secuntur agnum quocumque iterit. pre-  
terea ceteris premititur. Virginitas enim  
iohannis inde maxime commendatur quia  
christus in cruce matrem virginem. discipulo  
virgini commendavit et ex illa hora accepit  
eam discipulus in suam. Stephani vero virgi-  
nitas ex eo maxime comprobatur. quia ipse  
deputatus est ab apostolis ad ministerium  
viduarum. et in eo quod feminis est prepositus  
testimonium meruit sincerissime castitatis.  
Posset autem non euangelista sed baptista  
iohannes intelligi nisi premitteretur. Cum  
tuis sanctis apostolis ac martiribus. unde  
dicitur quod apostoli tantum ac martires sibi  
notantur. quibus et iohannes baptista merito  
possit inter martires numerari. Enumerat  
ergo sacerdos sanctos. quorum societatem pe-  
tit. quia et sacerdos legalis nomina filiorum  
israhel habebat scripta. ut supra dictum est.  
Et adverte quod hic octo viri et septem mulie-  
res computantur. quia per hoc sacrificium.  
vii. carismata gratiarum et octo beatitudi-  
nes iunguntur in nobis. Sequitur. non  
estimator meriti. quia non secundum exigentiam  
meritorum retribuimus. sed minus puniendo  
vel magis remunerando quam quisque meruit.  
Unde non secundum peccata nostra fecit nobis  
nec secundum iniquitates nostras retribuit nobis.  
Et alibi. Mensuram bonam et confertam.  
et coagitatam. et superfluentem reddent  
in sinum vestrum. Per christum dominum nostrum  
Nunc non respondetur. Amen. Tum quod angeli  
qui semper assistunt respondent. sicut in fine  
tercie particule dictum est. Tum quia hec ta-  
cite dicuntur nec respondentes audire possunt.  
Tum quia verba sequentia. per quem omnia  
creata sunt. istis coniunguntur et ab eis dependent  
ita quod nihil interponi potest. Hoc autem loco  
benedicuntur vasa. prout dicitur in. vii. pre-  
terea sub. v. feria cene domini. ubi agitur de diurno  
offitio in canone apostolorum in Burcardo li-  
v. c. offerri ita legitur. Offerri non liceat ad  
altare scilicet ad benedicendum preter novas  
spicas. et vasa. et oleum. et lacinaria. et fabas  
et timiam ad incensum. tempore quo sancta



oblatio celebratur **S**equitur. Per q̄ hec  
omnia. etc. Ideo dicit omnia. quia p̄ filium  
omnia creata sunt. Vnde iohannes primo.  
Omnia p̄ ipsū facta sunt. et sine ipso factum  
est nihil. Et vidit deus cuncta que fecerat et  
erant valde bona. Creas igit̄ odendo natas  
**S**anctificas consecrando materiam. Viuifi-  
cas transubstantiando creatam. Benedicis  
accumulando gratiam. Quod autem dicit  
hec omnia est simplex p̄nominis demonstra-  
tio. sicut tempus verbi confusum. Nam pre-  
sens confusum presentis non tenet vsum. et  
est sensus. Hec omnia scilicet panes vinum  
et aquam. semper bona creas. scdm̄ causas  
canonicas primordiales et sanctificas secū-  
dum causas sacramentales. Viuificas vt tran-  
seant in carnem et sanguines. Et benedicis  
vt obseruant vnitatem et caritatē. **R**ursus  
in eo q̄ dicit sanctificas. notat q̄ quodcuq̄  
sanctificatur per gratiam cristi sanctificatur  
De plenitudine enim eius omnes accepim̄.  
Vnde iob. xvj. Pater sanctifica eos i v̄itate  
id est in filio. In eo q̄ dicit viuificas notat  
q̄ quicquid viuificatur p̄ filium viuificat.  
iob. xj. Ego sum via veritas et vita. In eo  
q̄ dicit benedicis. insinuat. q̄ benedictio  
celestis datur nobis per h̄c. id est virginis  
benedictū. Vel creas vt sint sanctificas tibi  
deputando. viuificas animando benedicis  
vt vtilia sint. prestas vt prosint. Fiunt aut̄  
tres cruces super dictis verbis sancti. viui-  
bū. In quibus ecclesia primitiua represen-  
tatur que fidem trinitatis suscepit. De hoc  
tamen aliter iam dicetur. Siquidey sacerdos  
dicturus. et prestas nobis. vel dyaconus re-  
mouet corporale desup calice. ad notandum  
q̄ quando xps emisit spiritū velum rempli  
scissum est a summo vsq̄ deorsum. et aperta  
sunt nobis. que prius obscura erant in lege  
et clausa. sicut dicitur in euangelio de qu-  
busdam. Et erat absconditum verbum istō  
ab eis vbi enim sumpto aceto consumatum  
est. reuelatum est. Et calice discooperto acci-  
pientes hostiā dicit. et presta nob̄. **D**ubi-  
tari autem vidim̄ quare calix et nō hostia  
coopertur. Ad quod quadruplex potest ra-  
tio assignari. Primo p̄pter periculum. qui a  
sanguis facilius posset recipere immandi-

tiam q̄ hostia. Secdo q̄ in calice et sanguine  
magis significatur passio cristi q̄ in hostia  
Vnde illud. Pater. si heri potest transeat a  
me calix iste. et in canone in forma sanguis  
ponitur actus effusionis ibi. Qui pro vob̄  
effundet etc. Quia ergo in calice et in san-  
guine magis significatur cristus mortuus quā in  
corpe. Ideo sicut et mortuus pannis et lapi-  
dibus opitur ita et calix panno et sanguis  
calice et corporali coopertur. Tercio sanguis  
in calice cooperto representat corpus xpi in  
sepulcro clauso et signato. Hostia vero cor-  
pus xpi extra sepulcrum. Quarto sanguis  
calice cooperto representat corp̄ xpi in sindone  
inuolutum hostia vero nō inuolutū Sequit̄  
per ip̄m. etc. Si absq̄ aliey verbi vel tempis  
interpositione diūgas premissa verba Per  
xpm̄ dominū nr̄m. per quem hec omnia. etc.  
et facis punctū ibi et prestas nobis. Plana  
est littera Dic ergo Per ip̄m. et tanq̄ per m-  
diator em cum ip̄o tanq̄ cū coequali q̄ ip̄e  
est coequalis patri in ip̄o tanq̄ in substan-  
ciali vel in ip̄o. et in membris eius. In patre  
quippe notat auctoritas p̄pter principū. In  
filio equalitas p̄pter medium. In sp̄u sancto  
communitas p̄pter consortium. Sane sexta  
feria crucifixus est crist̄ hora tertia linguis  
iudeorum. quod narrat marcus. hora sexta  
manib̄ gentilium. quod narrat iohannes  
circa horam autem nonam inclinato capite  
tradidit spiritum. Ad recolendam igit̄ cru-  
cifixionem hora tertia factam linguis iude-  
orum clamantiū ter. Crucifige crucifige eū  
Et rursus. Tolle tolle crucifige eum sacerdos  
facit tres cruces sup oblatam et calices. Dū  
dicit. Sanctificas. Viuificas. B̄ndicis. Ad  
recolendam vero crucifixionem. que post in-  
teruallum trium horarum facta est manib̄  
gentilium cum milites crucifixerunt ihesū  
sacerdos iterum facit tres cruces cum hostia  
super calicem super premissis trib̄ verbis  
sc̄z p̄ ipsū. et cum ip̄o. et in ip̄o. Postmodū  
autem ad designandam diuisionem carnis  
et anime domini morietis facit duas cruces  
cum ip̄a oblata. in ore calicis dum dicit. Est  
tibi deo patri omnipotenti in v̄nitate sp̄i-  
ritu sancti. Cum enim i crist̄o tres sint v̄nitate  
substantie videlicet diuinitas corpus et aīa



due tantum scilicet corpus & anima fuerunt  
in morte diuise. Nam diuinitas a neutra est  
diuisa & separata. Et propterea non tribus  
crucibus sed duabus mors domini designatur.  
**C**eterum sacerdos faciendo cruces manum  
super mensam altaris extendit. quia et christus  
super aram crucis manus expandit. Iuxta  
illud propheticum. Expandi manus meas  
ad populum non credentem mihi. **D**ico  
etiam premisse tres cruces cum corpore super  
nudum calicem facte significant tres crucia-  
tus. quos christus in nuda cruce sustinuit. videlicet  
passionem pro passionem et compassionem.  
Passionem in corpore. Pro passionem in men-  
te. Compassionem in corde. De passione cor-  
poris ait dominus per prophetam. O vos  
omnes qui transitis per viam. attendite et  
videte si est dolor sicut dolor meus. Foderunt  
enim manus meas et pedes meos. et dinume-  
rauerunt omnia ossa mea. De pro passionem  
mentis dominus inquit apostolis. Tristis  
est anima mea usque ad mortem. cepit enim ihesus  
tedere et pauere. cepit contristari et mestus  
esse. Ex passione vero cordis. per crucifixio-  
ribus orauit ad patrem dicens. Pater ignosce  
illis quia nesciunt quid faciunt. Si enim cog-  
nouissent nunquam dominum glorie crucifixissent.  
Et ideo sacerdos facit has cruces cum hostia  
super calicem quia christus sustinuit huiusmodi  
cruciatum in corpore super patibulum. Per  
calicem enim passio designatur. ut iam dictum  
est. **T**ercio modo tres cruces cum hostia  
super calicem facte significant fidem centu-  
rionis dicentis **Matth. xxv.** Vere filius dei  
erat iste et ita cognouit eum unum esse in  
trinitate. scilicet christum deum et hominem.  
Due vero que sunt in ora seu latere calicis  
designant duo sacramenta que de latere christi  
profluxerunt videlicet aqua regenerationis  
et sanguis redemptionis. Iuxta testimoni-  
um iohannis dicentis. Unus militum lancea la-  
tus eius aperuit et continuo exiit sanguis  
et aqua. Et ideo immediate post has duas  
cruces latus calicis in quibusdam ecclesiis  
cum hostia tangitur. per quod percussio la-  
teris christi. cum lancea militis designatur.  
**Q**uarto tres premisse cruces in quibusdam  
ecclesiis ita fiunt et bene. Nam prima que fit

super per ipsum. fit supra os calicis exteriori  
signans quod deus est extra omnia non exclu-  
sus. **S**ecunda que fit super cum ipso. fit pa-  
rum inferius scilicet prima videlicet a labio ca-  
licis in labium significans quod deus est super  
omnia non elatus. **T**ercio que fit super in  
ipso. fit inter os calicis circa medium conca-  
uitatis eius. significans quod est intra omnia  
non inclusus. **Q**uarta que fit super deo pri-  
us fit a medio oris calicis recta diametro contra  
faciem sacerdotis significans quod omnia que  
in ministerio misse occulte aguntur in fine  
nobis ante oculos ponuntur. **Q**uinta que  
fit super in unitate spiritus sancti fit a latere cali-  
cis inter ipsum calicem et sacerdotem vide-  
licet descendendo a summitate calicis contra  
pedum. significans quod deus est subter omnia  
non compressus seu prostratus. **Q**uidam tamen  
de his duabus ultimis non faciunt nisi vlti-  
mam. **Q**uinto dicte tres cruces signifi-  
cant tres cruciatum. quos christus sustinuit tribus  
temporibus. videlicet ante mortem a lapas  
flagella. sputa et huiusmodi. **I**n morte cru-  
cifixionem. et post mortem lateris perfora-  
tionem. prima significat primum. scilicet secundum  
tercia tertium. quarta vero significat separa-  
tionem anime a corpore christi. quinta des-  
censum in limbum vel cruciatum in pedibus.  
**S**exto quinque ordines signorum que sunt  
ante sextum. scilicet ante tactum calicis cum  
hostia quinque videlicet de duabus ultimis non  
fit nisi una significant quinque mundi etates  
que fuerunt ante christi natiuitatem. sextum  
vero videlicet ipse tactus significat sextum  
tempus. scilicet a christi natiuitate usque ad fine  
mundi. Ipse enim vnicus tactus. significat  
dominum semel ascendisse crucem. ut sine  
haberet. Ipse autem rex est cruciatum. qui per  
dictas quinque etates omnibus hominibus he-  
bat. **N**otandum igitur est quod **S**acramentum  
septem vicibus signatur in canone. **P**rima  
vice ter. vbi dicitur. **H**ec dona. hec munera  
domini. **S**ecunda vice quinquies vbi dicitur.  
**Q**uam oblationem tu deus domine. **T**ercia vice  
bis semel vbi dicit. **Q**ui pridie domine. ibi. **T**ibi  
gratias agens. **B**enedixit domine. et iterum vbi  
dicit. **S**imiliter modo domine. ibi. **I**tem gratias  
agens. **Q**uarta vice quinquies. vbi dicit.



Hostiam puram Quinta vice bis ubi dicit  
Sacrosanctum filij tui corp<sup>9</sup> ac. Sexta vice  
ter. ubi dicitur. Sanctificas. Viuificas ac.  
Septima vice quinquies. ubi dicitur. Per  
ipm ac. prout in ipis locis dictum est Inter  
quis. vij. vices sacrificium significat duab<sup>9</sup>  
vicib<sup>9</sup> bis & dua b<sup>9</sup> vicibus ter. & duabus  
vicibus quinquies Septima vero vice bis  
& ter. Signatur ergo simul omnib<sup>9</sup> vicib<sup>9</sup>  
iunctis quinq<sup>9</sup> quinq<sup>9</sup> que sūt simul. xxx  
qui numerus per se dicitur semper in seipm  
reducitur. si ducatur i infinitum q̄rumlibet  
enī multiplicetur eucharistie sacramentum  
semper est idem sacrificium. Augustinus ta  
men dicit q̄ si tantum semel signum crucis  
ficeret sup panem & vinum sufficere posset q̄  
semel dominus crucifixus est. In hoc etiam  
sacramento quinq<sup>9</sup> sensus corporis. scilicet  
visus. auditus. gustus. odoratus. tactus ex  
ercerunt scilicet circa colorem. saporē. odo  
rem. fractionem & sumptionem. ut quinq<sup>9</sup>  
sensus anime spirituales exuberent. scilicet  
visus intelligentie. auditus obedientie. odo  
ratus dilectionis. gustus dilectionis. & tactus  
operis. De quibus reperitur in euangelio.  
Domine quinq<sup>9</sup> talenta tradidisti ecce alia  
quinq<sup>9</sup> superlucratum sum. Sed & binarius  
n ternarius bene congruit sacramento. Bi  
narius propter carnem & sanguinem. Ter  
narius propter vinum & aquam. Item bi  
narius propter duplicem modum edendi  
scilicet sacramentalem sub specie panis &  
vini & spirituales in fide cordis. Et tern  
arius propter tria que sunt in hoc sacramen  
to discreta. videlicet forma visibilis vini &  
panis veritas corporis & sanguinis. & vir  
tus spūalis unitatis & caritatis De quib<sup>9</sup>  
dictum est in septima particula super vbo.  
Mysterium fidei. ut ita ternarius binarium  
id est fides trinitatis per dilectionem dei &  
proximi operetur. Fiunt igitur tres cruces  
que quatuor habent angulos sup sacrificiū  
quia crissus dum i cruce pependit quatuor  
climata mundi redemit. & septem cedimb<sup>9</sup>  
ordinatur. ad notandum septiformem spiri  
tullandi gratiā que in hoc misterio necessa  
ria est. Et fere in quolibet ordine per nume  
rum impari signacula disponantur. quia

corpus crissi. vnum manens non scinditur  
omnis honor tanq̄ domino & gloria tanq̄  
deo. **Sequitur.** Per omnia secula seculor<sup>9</sup>  
nō solum crucis impressio. verumetiam vo  
cis expressio & pectoris percussio que gesta  
sunt iuxta crucem insinuat. prout dictum est  
super verbo. Nobis quoq<sup>9</sup> quia ego ihesus  
clamans voce magna tradidit spiritū Ideo  
sacerdos dicendo. Per omnia secula seculor<sup>9</sup>  
exaltat vocem. & etiam aliquantulum cali  
cem eleuat. Vel dicitur alte ad incitationē  
populi. ut sciens finem canonis respondeat  
Amen. Vel ideo. quia centurio clamavit.  
Vere filius dei erat iste. Quia vero mulie  
res lamentabantur flentes dominum. Iō  
chorus quasi lamentando respondet amen  
representans fideles. qui dominum orito  
cordi lugebant velut quondam Abel inui  
di fratris furore occisum parentes eius la  
mēbantur Consequenter diaconus acce  
dit & ex altatum parum per sacrificium seu  
calicem cum corpore de altari tam ipse qm  
sacerdos deponit. quia ut legitur iohānis  
xx. Venerunt Ioseph ab Arimathia & ni  
codemus. & impetratum corpus ihesu a pi  
lato deponentes sepelierunt. Sacerdos ergo  
eleuans Nicodemum representat. ipa vero  
eleuatio crissi depositionem de cruce. Depo  
sitione collocationem in sepulcro demonstrat.  
Et aduerte quia sacerdos dicens Preceptis  
salutaribus moniti. calicem simul & hostiā  
deponit. Ad rei euidētiā nōndum est  
q̄ crissi corpus & sanguis. bis i sexta feria  
eleuata & deposita fuerāt semel in cruce ele  
uata & de cruce ad terram deposita. & semel  
de terra eleuata & i sepulcro collocata. Pri  
mum representatur in prima eleuatione &  
depositione corporis & sanguinis crissi que  
fit statim post eorum consecrationem. Alia  
representatur in eleuatione & depositione. q̄  
fit in hoc loco. Congruē igitur dum hec vba  
proferuntur fit corporis & sanguinis eleua  
tio & depositio. designantes eleuationē cor  
poris crissi de terra & locationem eius in e  
pulcro. quia Ioseph qui illud de cruce & de  
terra leuauit & in sepulcro locauit monitus  
& instructus erat preceptis salutarib<sup>9</sup> crissi  
sicut fidelis discipulus ei<sup>9</sup>. Vnde legitur de



es in marco. Et ipse erat expectans regnum  
dei. Simul autem eleuantur corpus et sang-  
nis iam consecrata. quia ipse Ioseph ut aiunt  
quidam filius corpus cum sanguine in sepulchro  
locavit. Adhuc in ipsa elevatione tenet ho-  
stia cum quatuor digitis. Cum enim expecte-  
mus et necesse habeamus quatuor imperia  
te principaliter per merita passionis cristi-  
scilicet potestatem contra dyabolum. humi-  
litate contra mundum. castitatem contra  
corpus proprium. et subiectionem ad dilecti-  
onem quo ad deum et proximum. ideo ad hoc  
representandum. merito cum quatuor prin-  
cipalibus digitis hostia tenetur. Quedam  
tamen ecclesie in tribus primis petitionibus  
dominice orationis tenent calicem elevatum  
et tunc calicis elevatio aliud significat. prout  
ibi dicitur. **I**n quibusdam etiam ecclesiis  
dum calix pater ab altari elevatur quidam  
puer stat ultimus post subdiaconum hunc  
ex transverso cappam ad designandum quod caput.  
iudei expectantes messiam id est christum  
cum iam venerit transversum est in caudam.  
**Q**uia vero. Nicodemus sepulto domino ad-  
voluit scutum magnum ad hostium monu-  
menti. ideo subdiaconus super os depositi cali-  
cis corpore deponit. **S**ubdiaconus et calicem  
cum corporali involvens representat Ioseph  
qui corpus domini. **S**pondone munda invo-  
luit. **R**ursus quia in pace factus est locus eius  
Subdiaconus secundum morem quarundam ecclesi-  
arum mensam osculatur altaris. **E**t quod factum  
est principatus super humerum eius osculatur  
dextrum armum pontificis. ut in utroque sig-  
nificet christum et quiescentem post mortem.  
et vicissem post mortem. **I**ntra quod ipse pre-  
dixit in psalmis. **I**n pace in idipsum dor-  
miam et requiescam. et alibi. **O** mors ero  
mors tua morsus tuus ero inferne. **C**hristus  
enim per mortem triumphavit de morte. **N**am  
quod factus est obediens usque ad mortem mor-  
tem autem crucis. **I**decirco deus exaltavit illum  
et. **H**oc ipsum etiam significat quod christus sibi  
crucem super humerum baiulavit. **S**ecundo  
subdiaconus osculando dextram sacerdotis. sig-  
nificat quod vult esse participes laboris ut sit so-  
cius eterne retributionis. **T**ercio per hoc in-  
nuit quod Ioseph deponens corpus illud fuit  
osculatus. **I**n quibusdam ecclesiis sacerdos

hic etiam hostiam osculatur. inveniunt quod et  
nicodemus idem fecerit quod ioseph vel potius  
per domini passionem factam. esse nostram  
reconciliationem. **P**ost osculum huius subdiaconi  
retrocedit a facie sacerdotis repensans mulieres  
sepulto domino a monumento recedentes.

**Sequitur De pater noster.**

*Inno III in ecc lxxviii Leon hie ad  
viff. de rospan) cappellanus m.  
hrestall*



De Pater noster

**S**ed eos qui dicunt quod tertia premissa que dicitur postulationes incipit hic. Oremus preceptis etc. et quod durat usque ad collectas. Hec pars continet quinque clausulas. prima est ipsa prefatio sed oremus preceptis. quod addidit beatus Gregorius. Secunda est pater noster. Tertia libera nos quod sum? dicitur. Quarta pater domini. Quinta fiat commixtio. Quia vero istis voce magna clamabat per in manus tuas commendo spiritum meum sacerdos et non totus populus prout greci faciunt eleuata voce pronuntiat. Oremus preceptis etc. Non enim dicitur sub silentio sed palam. quod est de euangelio ad notandum quod rex celorum in noua lege palam loquebatur et sine velamine predicauit. Ad hoc ideo hec dominica oratio etiam credo in unum deum alta voce dicitur ut omnes illa dicant et addiscant. Alia etiam ratio posita est sub titulo de predicacione. Sed tertia clausula sed libera nos etc. sub silentio dicitur in signum quod christus interdum a predicacione siluit. Aliter tamen ibi dicitur. Sed et proferens pater noster etc. Itaque sic prius extendit ac sursum eleuat manus. Primo enim dicens. preceptis salutaribus. Actus ioseph de quibus in precedenti columna dictum est. quos preceptis salutaribus monitos et diuina institucionem informatos gessit representauit. quod igitur doctrina audiendo. meditando et in quiete discenda est. ideo uerba ista. depositis super altare manibus protulit dicens ante pater noster etc. christum populum orantem docentem representat. Ideoque moysi orantis exemplo manus extendit et sursum eleuat ut feruorem cordis et rectam ad deum intentionem ostendat. Rursus dicendo preceptis salutaribus etc. calicem simul et hostiam deponit ut premissum est. Sane legalis pontifex regressus ad populum lauabat vestes. immundus tamen erat usque ad uespam ut in propheta huius partis dictum est. Sic et christus qui intrauit in sancta sanctorum redit ad ecclesiam operando et auxiliando. et lauat vestes suas. et sanctos mundificat et tamen usque ad finem mundi membris eius aliquae macule adherent. Sacerdos etiam redit ad populum. quia dum rursus alta uoce multiplicat preces foras exire uideat. Et precibus uelut aquas uestimenta sua. et populum lauat et mundat. et tamen immundus iudicatur quod usque ad mortem erit in omni homine quod lauetur. Oramus ergo et ostensurus se cam

suam agere coram deo et que quotidie petere debeamus monet populum orare dicens. Pater noster qui etc. que oratio habet. Mat. vij. c. Fiducialiter enim orare possumus ut filij patris quod ipse dominus ad sic orandum informauit. et ipse uoce uniuersalis ecclesie quam repraesentat orat. Ne tamen sua auctoritate et quasi presumptiue petere uideatur. permittit quasi loco prefacionis preceptis salutaribus etc. Dicit autem preceptis et diuina institucionem quod dominus et hanc orationem instituit et apostolos sic orare precepit. Et ex tunc maxime prostrati orare debemus usque in finem dominice orationis saltem in presertis diebus. In festiuis uero stantes. Tres autem articuli sequentes sed preceptis salutaribus. pater noster. et libera nos significant tres dies dominice sepulture. ideoque et his duntaxat utitur in parascene. In quibusdam ecclesijs dum sacerdos dicit Pater noster a diacono. et dum presbiter dat benedictiones solennes post pater noster. manus eius a diacono et sacerdote sustentat. in quo repraesentat quod hur et aaron sustentabant manus moysi orantis. De quo sub titulo de oratione dictum est. Beatus Gregorius orationem dominicam post canonem super hostiam censuit recitari asserens in registro incongruum esse. ut super eucharistia diceretur oratio quae scolasticus deposuerat et illud omittitur quam dominus ipse dictauerat. et apostoli dicere consueuerant. Et canitur apud grecos a toto populo. sed apud nos a solo sacerdote. Illud autem notandum est quod hec oratio ceteras orationes propter quatuor antecellit sed auctoritate doctoris. breuitate sermonis. sufficientia petitionum. et fecunditate misericordiarum. Auctoritate doctoris. quod fuit ipsius saluatoris apostolos orare docentis ore prelati. et inde dicitur oratio dominica. Breuitate sermonis. quod facile discitur et proferitur iuxta illud. Cum oratis nolite multum loqui etc. Sufficientia petitionum quoniam ueritate necessaria continet. Fecunditate misericordiarum. quia in mensa continent sacramenta. Verum licet sciat dominus quid uelimus. uult tamen nos orare uocaliter propter multa. Primo. pro excitanda deuotione. quod quod facit flatus carboni. hoc facit pronuntiatione deuocioni. Unde ad ipsum ore meo clamaui et exaltaui sub lingua mea. Secundo. pro aliorum instructione ut continua continentiam trahat et quod audit dicat ueni. Unde luceat lux uera coram hominibus. Tertio. pro lingue obsequio. ut quod lingua peccamus lingua satisficiamus. Unde



1477  
sicut exhibuistis membra v̄ra sicut iniquitati  
ad iniquitates. ita exhibete ea seruire iustitie  
in sanctificationem Quarto. p̄ rei petende cō  
memoracōe. quia facilius obtinetur q̄o instan  
ti postulat. Vñ petite et accipietis. pulsate  
et aperietur vobis Quinto. p̄ impetrare rei  
custodia. q̄ quod sepius requiritur diligentius  
custodit. Vnde tene q̄o habes ne alius ac  
cipiat eam tuam. **S**ane in hac oratione  
oratur p̄ bonis adipiscendis et p̄ malis vi  
tandis Pro bonis temporalibus spiritualibus et  
eternis. Pro malis preteritis presentibus et futuris  
De bonis eternis dicitur adueniat regnum  
tuum. De bonis spiritualibus fiat voluntas  
tua sicut in celo et in terra De temporalibus Pa  
n. c. d. n. hodie eterna petuntur in premiū  
Spūalia in meritum. Temporalia vero in  
sustentaculum De malis preteritis ibi Dimitte  
nobis debita n̄ra etc. De presentibus. s̄ libera  
nos a malo. De futuris et ne nos inducas.  
Preterita sunt dolenda Presentia sunt vincenda  
Futura sunt precauenda **S**eptem sunt ora  
tionis dñice peticiōes (preter captacōem beni  
uolentię) que significant septem verba in xp̄i  
cruce Primū fuit pater ignosce illis. Scōm  
ecce mulier filius tuus. Tertium ecce mater  
tua. Quartum hodie mecum eris in paradiso  
Quintum eloy eloy. Sextum p̄ in manus  
tuas Septimum osūmatū est Vel significāt  
septem verba. que t̄m beata virgo legitur  
de xp̄o dixisse Primū fuit discrecōis quomō  
istud fiet Scōm humilitatis. ecce ancilla dñi  
Tertium salutacōis. ecce ut facta est vox sa  
lutacōis in auribus meis. Quartum gr̄az  
actionis Magnificat aia mea dñm Quintū  
opassionis fili vinum non habent Sextum  
instruccionis Quodcumq; dixerit vob̄ facite  
Septimum amoris fili quid fecisti nobis sic  
Prima autem peticio est Sanctificet nomen  
iūm Decūda Adueniat regnū tuū Tertia  
Fiat voluntas tua Quarta Panem nostrū  
quotidianum Quinta Et dimitte nobis de  
bita n̄ra Sexta Et ne nos inducas intēpta  
tionem Septima libera nos a malo Et hec  
septem peticiōes s̄m apostolum septem postu  
lationes dicuntur Quaz prime tres spectēt  
ad vitam eternam siue ad patriam. et ideo sa  
cerdos in quibusdā locis elevato calice dicit  
eas et prefationem. Preceptis salutarib̄ etc  
dicens vero. Sicut in celo paz magis eleuat

illum et dicens. Et in terra illum deponit.  
Tres vltime ad p̄ntem vitam siue ad viam  
p̄tinet. et ideo deposito calice dicit eas Media  
vero s̄ panem n̄m etc. p̄tinet ad vtrūq;  
Porro tres prime succedunt ordine temporis  
s̄ precedunt ordine dignitatis. Duplex igit̄  
ordo est in dñica oratione notandus. vnus  
in ascendendo qui ouenit cum virtutibus.  
Alter in descendendo qui occidat cum donis  
Dona namq; de sumis ad p̄ma descendunt  
Vnde requiescet super eum spūs sapientie et  
intellectus Virtutes vero de p̄mis ad summa  
ascendunt. Vnde beati paupes spiritu qm̄  
ipsoꝝ est regnū celoz Beati mites etc. Ne p̄  
dñs in oratione ipsa secutus est ordinē dig  
nitatis. qui est artificialis ut de maioribus  
ad minora descenderet Sed doctores in illa  
expositione secunt ordinē ipis qui est natu  
ralis ut de minoribus ad maiora. et de t̄pali  
bus ad eterna ascendat. quem modū suabi  
m̄ exponendo **E**t fit hic adaptatio septem  
peticionum. septem et tutum. septem donoz  
spūs sancti. et septem beatitudinum. extra sep  
tem vitia capitalia. septem virtutib̄ opposita  
Nam dona peticionibus. virtutes donis et  
beatitudines virtutibus obtinentur Septē  
dona sunt hec. sapia. intellectus. consiliū  
fortitudo. scientia. pietas et timor De q̄bus  
dicit p̄pheta. Requiescet super eum spūs sapie  
et intellectus. Spiritus cōsiliy et fortitudinis  
spiritus sciētie et pietatis et replebit eū spūs  
timons dñi. Septem vero virtutes sunt he  
paup̄tas spiritus. mansuetudo iustus. esuri  
es iusticia. misericordia mōdia cordis et paz  
**S**eptem q̄ beatitudines sunt iste regnum  
celoz. possessio terre. consolatio. saturitas.  
mie osecutio. visio dei. filiatio dei De q̄bus  
coniūctim dominus ait De prima beati pau  
pes spiritu. qm̄ ipsoꝝ est regnum celoz. De  
secūda beati mites qm̄ ipsi possidebūt terraz  
De tertia b̄i qui lugent. qm̄ ipsi consolabunt̄  
De quarta beati qui esuriunt et sitiunt iusti  
ciam qm̄ ipsi saturabūt̄. De quinta beati  
misericordes qm̄ ipsi misericordiam consequent̄. De  
sexta beati mendo corde quoniam ipsi de uis  
videbunt. De septima beati pacifici qm̄ filij  
dei vocabunt̄ **S**eptem v̄o vitia capitalia  
sunt Inanis gloria siue supbia. ira. inuidia  
accidia. auaritia. gula et luxuria. q̄ significa  
ta fuerunt in septem iplis. qui terrā israhel



pmillam tenebant viz **Etheus** **Sergeus**  
**Amoreus** **Cananeus** **Fereus**. **Eneus** et  
**Iebus**. Homo igitur est egrotus. deus me  
dicus. vitia sunt languores. peticiones sunt  
placatus. dona sunt antidota. virtutes sunt  
sanitates. beatitudines sunt felicitates et gau  
dia. **Nec** septem vitia per septem petitiones  
huius fugantur orationis. prout in ferius ostendit  
**Ad** orationis ergo ipsius expositionem ve  
niamus. Et nota quod in quibusdam ecclesijs dicitur  
he septem peticiones dicuntur. **D**yaconus stat  
indignatus communionem expectans in quo sig  
nificat apostolos. qui post mortem domini per septem  
et hodie modas **S**timacorum spiritus expectauerunt  
**S**ubdiaconus vero quiescit. quod mulieres in  
sabbato quae est dies septima filuerunt.

**P**ater noster cum **Ordinem** tempus  
ut premissum est in huius orationis  
expositione huanter. a fine eius  
initium sumamus versus principium ordine  
retrogrado procedendo. **S**iquidem homo multis  
malis circumdatus. primo petit liberari a ma  
lo. **Q**uia vero sine temptacione non est vita  
hominis super terram. **I**deo liberatus a malo petit  
ut in temptacione non inducatur. **E**t quod dum  
in hac vita consistit semper est in quo unguis peccati  
**N**am si dixerimus quod peccatum non habemus  
veritas in nobis non est. ideo petit ut debita  
et peccata sibi dimittantur. **C**um autem fuerit  
liberatus a malis. cum vicerit temptaciones  
cum debite fuerint ei dimissa. quod qui per se stare  
non potest. necessarius est ei spiritus fortitudinis  
ne premium expectando deficiat ideoque petit  
ut panis quotidianus sibi donec. **D**einde  
cum fuerit liberatus a malis et roboratus in  
bonis. **P**etit ut fiat voluntas dei sicut in celo  
et in terra. **E**t quoniam premissa in hac vita perfecte  
fieri non possent. mox petit ut regnum adue  
niat in quo nomen patris sanctificet in celis  
ut nunquam de cetero possit a sanctificationis gratia  
separari. **P**ostquam petitionum continuationem  
premissimus. mox ad eorum expositionem venia  
mus. **P**renotandum est tamen illud quod in oratione  
premittitur viz. pater noster qui es in celis  
captatio benivolentiae est ut iam dicitur. **N**empe  
pater grece dicitur latine genitor. **E**t dicitur  
deus pater a patendo sive proficiendo. quia  
per eum omnia facta sunt. **D**eus autem et  
generaliter et specialiter et singulariter dicitur

pater **G**eneraliter omnium per creatorem. **S**pecialiter  
iustorum per adoptionem. **S**ingulariter christi  
per generacionem. **P**er creatorem ut ubi flecto  
genua mea ad te deum patrem omnipotentem  
a quo omnis paternitas in celo et in terra nota  
tur. **P**er adoptionem. ut ubi **S**i vos cum  
fueritis mali noscatis bona dare filijs vestris.  
quanto magis pater vester de celo dabit vobis  
spiritum bonum petentibus se. **P**er genera  
tionem ut ubi nemo novit filium nisi pater.  
et patrem nisi filius et cui voluerit filius re  
velat. **E**t per hoc quod dicit pater noster qui es  
in celis. dehortatur nos a duobus videlicet  
a supbia ne dicamus pater mihi. quasi reputantes  
proprium quod est omnium. et ab indignitate scilicet ne  
reddamus indigni tanto patri qui consistit in ce  
lis. **D**eus enim solius christi pater est per naturam  
cui soli oportet dicere pater mihi. **F**idelium autem  
est pater per gratiam quibus oportet dicere pater  
noster. **I**llud dicit pater mihi si possibile est transire  
a me calicem hunc. **I**sti dicunt pater noster quod  
es in celis sanctificetur nomen tuum et ipsemet  
dicit vado ad patrem meum et ad patres vestrum  
**M**eam quidem per naturam. **V**estrum per gratiam  
**N**otatur etiam nos per hec ad duo scilicet ad  
suandam gratiam adoptionis cum dicit pater  
**E**t unionem fraternitatis cum ait **N**oster.  
**R**ursum per quod dicit pater quod est nomen  
patris notatur bonitas eius et ecclesie devotio  
que ipsum patrem appellat. **P**er hoc quod dicitur  
noster ostenditur dilatacio caritatis. **P**er hoc  
quod dicit in celis. **I**n sanctis quoque diversario a  
fere mundi remota est dei pietas designatur.  
**Q**uia igitur captatio benivolentiae in hac ora  
tione premittitur. **S**ciendum est quod benivolentia  
captatur a tribus. scilicet a persona cognitoris.  
petitoris. et assessoris. **C**ognitor est deus. pe  
titor est homo. **A**ssessor est angelus. **A** persona  
cognitoris cum ait pater. petitoris cum ait  
noster. **A**ssessoris cum ait qui es in celis. id est in  
angelis vel in sanctis. **D**e quibus habetur  
**C**eli enarrant gloriam dei. **V**ni spiritus nobis tri  
buitur ut sanctos nos faciat. **V**el in celis. id est  
in secreto maiestatis divinae. per quod datur fidu  
tia obtinendi bonum occultum quod oculis  
non vidit nec auris audivit. nec in corde hominis  
descendit. **D**at ergo fiduciam imperandi bonum  
**V**nde non dicit dominus cui fuitur timore. **S**ed  
pater cui fuitur amore. quod dicitur. **Q**uia pater es  
vis qui in celis es. potes ergo. **L**ibera nos



477  
a malo **S**i nota qd celum dicit a celando qd  
celat diuina secreta vel a celsitudine qd altius  
est terrenis rebus **S**ed libera nos a malo  
**T**riplex est malum a quo petimus liberari  
innatum. additum. et inflictum. psum extra  
hit scz originale **S**cdm omittitur scz actuale  
**T**ertium sustinemus scz penale **M**alum aut  
vitamus p spiritum timoris **N**az vt inquit  
scriptura timor dni expellit peccatum. porro  
triplex est timor quo cessamus a malo. sicut  
inicialis. et filialis **T**imore huius cessamus a ma  
lo. formidine pene. **T**imore filiali cessamus  
a malo amore iusticie. iniciali timore cessamus  
a malo partim formidine pene partim amore  
iusticie **S**eruilis timor est incipientium **I**ni  
cialis pfectientium **F**ilialis pfectientium. **D**ic  
er 30. h libera nos a malo. quasi dicat da no  
bis spiritu m timoris et paupertatem spiritus  
vt p spiritum timoris vitemus mala **P**er pau  
peratatem spiritus abdicemus bona. qtenus  
exclusis vicis et contemptis terrenis hcam  
eterna scz regnum celoz. qd lucifer et primi  
parentes per inanem gloriam siue supbiam  
ammiserunt **P**er hoc ergo qd se humiliando  
petit liberari a malo. quod fit p donu timo  
ris fugatur supbia que opponitur timori. et  
sic finis orationis recordat cum principio vbi  
ab humilitate extra supbiam incepit vt pre  
missum est **E**t ne nos inducas in tempta  
tionem scz dyabolicam. **N**ota qd temptat nos  
deus. temptat homo. temptat dyabolus **D**e  
temptat vt pber **H**omo vt sciat **D**yabolus  
vt fallat **D**e primo legit. **T**emptauit deus  
abraam. **D**e scdo. repta nos obsecro diebus  
decem **D**e tertio. cur sathanas temptauit cor  
tuum **P**orro duobus modis temptamur inter  
p delectacionem. et exterius per suggestiones  
**I**nterior temptatio paz efficit **E**xterior multu  
pauit si non osentiat h resistatur **S**criptum  
est enim. temptatio vos non apprehendat n  
humana **R**ursus beatus vir q suffert repta  
tionem qd cum pbat fuerit accipiet coronam  
vite **C**um ergo circa osensum teptamur du  
cimur in temptacione. cum osentimus in tep  
tacionem inducimur sicut piscis ante capta  
in rethe ducitur **C**um aut inducit capitur et  
tenetur tunc impletur qd iacobus aplos ait  
**T**emptat aut vnusquisq a concupiscentia sua  
mala abstrahit et ille dicit. **D**eum concupiscentia  
cum cepit parit peccatum. peccatum vero

cum osumatum fuerit generat mortem **V**er  
cum idem apostolus dicat qd deus est intep  
tator maloz **Q**uid est quod petimus ne  
deus nos inducat in temptaciones **S**ed dicen  
dum est qd deus quodammodo temptat. et qd  
ammodo non temptat. temptat vt probet.  
**I**uxta illud pba me deus et tempta me **N**o  
temptat vt fallat **I**uxta illud deus ncmir et  
teptat **P**etimus ergo ne nos deus in teptaco  
inducat. et ne pmittat induci qd sicut dicitur.  
**N**on est malum in ciuitate qd deus no faciat  
et quod fieri non pmittat **S**criptum est enim  
**F**idelis deus qui non patitur vos temptari  
sup id quod potestis quasi dicam. **D**a nob  
spiritum pietatis et mansuetudinez spiritus  
sue vt p spiritum pietatis vincamus tepta  
ciones exercendo vos ad pietatem et p man  
suetudinez spūs vincamus nam no reddendo  
